

26

PA 126

PA 123


15

R.55

6/10



18670970





0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

it euangeliū Mac
titulum primum.

Iber generatio-
nis Jesu christi filij dauid: filij
lij abraā. Abraam genuit ysaac.
Ysaac autem genuit iacob:
Jacob autem genuit iudam ⁊
fratrem eius. Judas autem ⁊ ge-
ram de thamar. Iphares autem
⁊ d autem genuit aram. Arā autē
b. Aminadab autem genuit na-
utem genuit salmō. Salmō autē
raab. Booz autem genuit obeth
autem genuit iesse. Jesse autem
gem. David autem rex genuit sa-
fuit vrie. Salomō autem genuit
am autem genuit abiaz. Abias
a. Asa autē genuit iosaphat. Jos-
genuit ioram. Jorā autem genuit
utem genuit ioathan. Joathan
baz. Achaz autem genuit ezechia-
n genuit manassen. Manasses
no. Amon autem genuit iosiam.
genuit iechonias ⁊ fratres eius in

en septembre a ij
go la...
en...
go la...
di

Manuale fr̄m̄ pdicator̄.

g. morientis: p̄cedit̄ redit̄

Aug. inspicere vulnera pendens: san-



mentis: caput h̄m̄. & ad natum m̄

et scilicet: cor ad erum. &c.

S Bernardus circūire possuz
domine celū & terras & nunq̄
te inueniā nisi in cruce ibi pa-
scis et cubas in meridie.

Sanctorum D. Marci & Dominiq̄o Bassaricus Collegial del p̄. do. J. Thomaz.



Dia tota perfectio
verifilij ex immitatione boni
dependet pareris. Et de bea
to dominico patre nostro le
gitur: q̄ euangelium **M**atthei ⁊ episto
las **P**auli secuz semper ferebat vndiqz
per orbem euāgelizando discurrens: ne
nos i hoc degeneres videamur: epit̄ho
ma hoc ordinatus est ⁊ quodam religio
so ordi^{ne} predicatorū conuentus sancti
Pauli **H**ispalensis in quo infra scripta
continentur.

Euangelium secundū **M**attheum.

Cronica summaria ordinis.

Suma constitutionum nostrarum al
phabética.

Sūmarium notabilium priuilegio:ū
ordinis.

Handwritten notes in a cursive script, likely a later addition or correction, partially obscured by the main text.

**Incipit euangeliū Mat
thei. Capitulū primum.**



Aber generatio-
nis Jesu christi filij dauid: fili-
lij abraā. Abraam genuit ysaac.
Ysaac autem genuit iacob:
Jacob autem genuit iudam ⁊
fratrem eius. Judas autem ⁊ ge-
nuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autem
genuit esrom: esrom autem genuit aram. Arā autē
genuit aminadab. Aminadab autem genuit na-
ason. Naason autem genuit salmō. Salmō autē
genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth
ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem
genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit sa-
lomonem ex ea q̄ fuit vrie. Salomō autem genuit
roboā. Roboam autem genuit abiaz. Abiaz
autem genuit asa. Asa autē genuit iosaphat. Jos-
saphat autem genuit ioram. Jorā autem genuit
oziam. Ozias autem genuit ioathan. Joathan
autem genuit achaz. Achaz autē genuit ezechia:
Ezechias autem genuit manassen. Manasses
autem genuit amō. Amon autem genuit iosiam.
Josias autem genuit iechonias ⁊ fratres eius in

goyora en settembre 2 ij
gubera
...
...
...
...

Euangeliū scđz

trāsmigratione babilonis. Et post trāsmigratio
nez babilonis. Zechonias genuit salathiel. Sa
lathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel au
tem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachī.
Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit
it sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim
autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar
Eleazar autem genuit mathan. Mathan autez
genuit iacob. Jacob autem genuit ioseph viruz
marie: de qua natus est iesus qui vocatur xp̄s.
Omnes itaqz generationes ab abraam vsqz ad
dauid: generatiōes quattuordecim: et a dauid vsqz
ad trāsmigrationem babilonis: generationes
quattuordecim: et a trāsmigratione babilonis
vsqz ad xp̄m: generationes quattuordecim. Chri
sti autē generatio sic erat. Cū esset despōsata mat̄
iesu maria ioseph: ante q̄ cōuenirent: inuenta est
in vtero habens de sp̄u sancto. Ioseph autez vir
eius cū esset iustus: et nollet eam traducere: volu
it occulte dimittere eam. Hec autē eo cogitāte: ec
ce angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicēs.
Ioseph fili dauid: noli timere accipere mariā cō
iugem tuā. Quod enim in ea natū est de spiritu
sancto est. Pariet autem filium et vocabis nomē
eius iesum. Ipse enim saluū faciet populum suū
a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est:

Mattheum.

ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in utero habebit et pariet filium et vocabitur nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum nobiscum deus. Erurgens autem Ioseph a somno fecit sicut precepit ei angelus domini et accepit conjugem suam. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: et vocavit nomen eius Iesum. Caput. ij.

Quoniam natus esset Iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt in ierosolymam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? Quia vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabat ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim eriet dux qui regat populum meum israel. Tunc herodes clamavit vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis: et mittens illos in bethleem: dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renunciate mihi: ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente

Euangeliū scōz

te antecedebat eos: vsqz dum veniēs staret supra
vbi erat puer. Etidentes autē stellas gauisi sunt
gaudio magno valde. Et intrātes domū inuenerunt
puerū cum maria matre eius: et procidentes
adorauerunt eum: et aptis thesauris suis obtulerunt
ei munera: aurū: thūs et myrrā. Et responso
accepto in somnis ne redirēt ad herodez palatīā
viā reuersi sunt in regionē suam. Qui cū recessis-
sent: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph
dicēs. Surge et accipe puerum et matrē eius
et fuge in egyptū: et esto ibi vsqz dñi dicaz tibi. Fu-
turum est enī vt herodes querat puerū ad perdē-
dum eū. Qui cōsurgēs accepit puerū et matrem
eius nocte: et secessit in egyptū. Et erat ibi vsqz ad
obitum herodis vt adimplerēt quod dictum est
a dño per prophetā dicentē. Ex egypto vocaui fi-
lium meū. Tunc herodes vidēs qm̄ illusus esset
a magis: iratus est valde: et mittens occidit omnes
pueros qui erāt in bethlee et in omnibus finibus
eius a bimatu et infra secundū tēpus quod exqui-
sierat a magis. Tunc adimpletū est: quod dictus
est per hieremiā prophetam dicentē. Vox in rā-
ma audita est: ploratus et ululatus multus: rachel
plorans filios suos et noluit consolari qz nō sunt.
Defuncto autē herode: ecce angelus dñi apparuit
in somnis ioseph i egypto dicēs. Surge et accipe

Mattheum.

puerū z matrē eius z vade in terrā israel. Defun-
cti sunt enī qui querebant animā pueri. Qui cōsur-
gens accepit puerū z matrē eius z venit in terras
israel. Audiēs autē q̄ archela⁹ regnaret in iudea
pro herode patre suo timuit illo ire: z admonit⁹
in somnis secessit in partes galilee. Et veniēs ha-
bitavit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adim-
pleretur quod dictum est per prop̄etas: quoniā
nazareus vocabitur. Cap. iij.

In diebus autē illis venit iohannes baptista
predicans in deserto iudee z dicēs. Peni-
tentiā agite appropinquabit enī regnū celorum.
Hic est enim de quo dictū est per elaiā prop̄etā
dicentē. Vox clamātis in deserto parate viā do-
mini: rectas facite semitas ei⁹. Ipse autē iohannes
habebat vestimentū de pilis camelozū: z zonam
pelliceam circa lumbos suos. Esca autem ei⁹ lo-
custe z mel siluestre. Tunc exibat ad eum hiero-
solyma z omnis iudea: z omnis regio circa iorda-
nem. Et baptizabantur ab eo in iordane confitē-
tes peccata sua. Glidens autē multos phariseozū
z saduceozū: veniētes ad baptismū suū dixit eis.
Progenies viperarum: quis demonstrabit vos
fugere a vētura ira. Facite ergo fructus dignum
penitentie. Et ne velitis dicere intra vōs patrem
habemus abraham. Dico enim vobis: qm̄ potēs

Euangelium secundum Mattheum

est deus de lapidibus istis suscitare filios abrae:
Jam enim securis ad radicem arborum posita est.
Omnis ergo arbor quae non facit fructum bonum exci-
detur: et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo
vos in aqua in penitentiam: qui autem post me ven-
turnus est: fortior me est: cuius non sum dignus cal-
ciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu
sancto et igni. Cuius ventilabrum in manu sua: et per-
mudabit area suam: et congregabit triticum in hor-
reum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili.
Tunc venit Iesus a galilea in iordanem ad ioan-
nem ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibe-
bat eum dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu ve-
nis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei. Sine
modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.
Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus con-
festim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei caeli: et vi-
dit spiritum dei descendentem sicut columbam: et venien-
tem super se. Et ecce vox de caelis dicens. Hic est fi-
lius meus dilectus in quo mihi complacui. Cap. iiii.
Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu
ut tentaretur a diabolo: et cum ieiunasset quadra-
ginta diebus et quadraginta noctibus: postea esur-
iit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei
es dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens
dixit. Scriptum est. Non in solo pane vivit homo

4

Mattheum.

mo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei.
Tūc assumpsit eū diabolus in sanctā ciuitatem:
z statuit eum sup pinaculum tēpli: z dixit ei. Si
filius dei es mitte te deorsum. Scriptū est enim:
quia angelis suis mandauit de te: z in manibus
tollēt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tu-
um. Et illi ieiūs rursū. Scriptū est. Nō tenta-
bis dominū deum tuū. Iterū assumpsit eum dia-
bolus in montem excelsum valde: z ostēdit ei om-
nia regna mūdi z gloriā eorū: z dixit ei. Hec oia
tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tūc dixit ei 3
iesus. Glade sathana. Scriptū est enī. Dñz deū
tuum adorabis z illi soli seruies. Tūc reliquit eū
diabolus: z ecce angeli accesserūt z ministrabant
ei. Tūc autem audisset iesus q̄ ioannes traditus
esset: secessit in galileā z relicta ciuitate nazareth:
venit z habitauit in ciuitate capharnaum mariti-
ma: in finibus zabulō z neptalim: vt adimpleretur
quod dictū est per esaiam prophetā. Terra zabu-
lon z terra neptalim: via maris iordanem galilee
gentiū: populus q̄ ambulabat in tenebris vidit
lucem magnā: z sedentib⁹ in regione vmbre mor-
tis lux orta est eis. Exinde cepit iesus predicare z
dicere. Penitentia agite. Appropinquabit enī
regnū celorū. Ambulās aut iesus iuxta mare ga-
lilee vidit duos fratres symonē q̄ vocatur petrus

Euangeliū scđz

z andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: venite post me: z faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictae retibus secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres: iacobum zebedei z iohannem fratrem eius in nauicula cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua: z vocauit eos. Illi autem statim relictae retibus z patre secuti sunt eum. Et circueibat iesus totam galileam docens in synagogis eorum: z predicans euangeliū regni: z sanans omnem languorem z omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam syriam z obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus z tormentis comprehensos: z qui demonia habebant z lunaticos z paralyticos: z curauit eos. Et secute sunt eum turbe multe de galilea z de capoli: z de hierosolymis z de iudea: z de trans iordanem. Caput. v.

Quidens autem iesus turbas: ascendit in montem: z cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius: z aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt z sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo

Mattheum.

corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerit omne malum adversus vos mentiētes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Glos estis sal terre. Quod si sal evanuerit: in quo saliet? Ad nihilum valet ultra: nisi ut mittatur foras et conculetur ab hominibus. Glos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi: supra montem posita: neque accendunt lucernas et ponunt eam sub modio sed super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra: iota unum aut aper unum non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Dico autem vobis: quia nisi abundauerit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum: non intrabitis in regnum celorum.

Euangeliū scđz

Audistis quia dictū est antiquis: non occides: q̄
autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico
vobis: quia omnis q̄ irascitur fratri suo: reus erit
iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: re⁹ erit
concilio. Qui autē dixerit fatue: reus erit gehē
ne ignis. Si ergo offers munus tuuz ad altare ⁊
tibi recordatus fueris: quia frater tuus habet alī
quid aduersum te: relinque ibi mun⁹ tuū ante al
tare: ⁊ vade prius recōciliari fratri tuo ⁊ tunc ve
niens offeres munus tuū. Esto consentiēs aduer
sario tuo cito dñes cum eo in via: ne tradat te ad
uersarius iudici: ⁊ iudex tradat te ministerio ⁊ in
carcerē mittaris. Amen dico tibi: non exies inde
donec reddas nouissimū quadrātem. Audistis
quia dictū est antiquis nō mechaberis. Ego di
co vobis: quia omnis q̄ viderit mulierē ad concu
piscenduz eam: iā mechatus est eam in corde suo.
Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue
eum ⁊ proijce abs te. Expedi tibi vt pereat
vnū membrorū tuorū: q̄ totum corpus tuū mit
tatur in gehēnam ignis. Et si dextera man⁹ tua
scandalizat te: abscide eam ⁊ proijce abs te. Expe
dit enī tibi vt pereat vnū mēbrorū tuoruz: q̄ to
tum corpus tuū eat in gehēnam. Dictū est autē:
quicūqz dimiserit vxorem suā: det ei libellū repu
diij. Ego autē dico vobis: quia omnis q̄ dimiserit

Mattheum.

uxorem suam: excepta fornicationis causa: facit eam
 mechari: et qui dimissam dixerit: adulterat. Item
 rum audistis quia dictum est antiquis: non periura
 bis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem
 dico vobis: non iurare omnino: neque per celum quia
 thronus dei est: neque per terram: quia scabellus est
 pedum eius. Neque per hierosolimam: quia ciuitas est
 magni regis. Neque per caput tuum iuraueris: quia
 non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit
 autem sermo vester: est est: non non: quod autem his
 abundantius est a malo est. Audistis quia dictum
 est: oculum pro oculo: dentem pro dente. Ego autem
 dico vobis non resistere malo: sed si quis te percus
 serit in dexteram maxillam tuam: prebe illi et alteram:
 et ei qui vult tecum in iudicio contendere: et tunicam
 tuam tollere: dimitte ei et pallium: et quicumque te ang
 gariauerit mille passus: vade cum illo et alia duo:
 Qui autem petit ad te: da ei: et volenti mutare
 a te: ne auertaris. Audistis quia dictum est: dili
 ges proximum tuum: et odio habebis inimicum tuum.
 Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros:
 benefacite his qui oderunt vos: et orate pro perse
 quentibus et calumnantibus vos: ut sitis filii patris
 vestri qui in celis est: qui solem suum oriri facit super
 bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos. Si
 enim diligitis eos qui vos diligunt: quam mercedem

Euangeliū scđz

habebitis: **N**ōne & publicani hoc faciunt: Et si salutaueritis fratres vestros tantū: quid ampli⁹ facitis: **N**ōne & ethnici hoc faciūt: Estote ergo vos pfecti sicut & p̄r v̄r celestis pfect⁹ ē. **Cap. vi:**
Atendite ne iusticiam v̄ram faciatis coram hominib⁹ vt videamini ab eis alioquī mercedem nō habebitis apud p̄rem v̄m qui in celis est. **C**ū ergo facis elemosynā: noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciūt in synagogis & i vicis vt honorificent ab hoīb⁹. **A**mē dico vobis receperunt mercedē suam. **T**e autē faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito: & pater tuus q̄ videt in abscondito reddet tibi. **E**t cū oratis nō eritis sicut hypocrite qui amāt in synagogis & in angulis platearū stantes orare: vt videantur ab hominib⁹. **A**mē dico vobis: receperunt mercedem suā. **T**u autē cū oraueris: intra in cubiculū tuum: & clauso ostio: ora patrē tuū in abscondito: & pater tuus q̄ videt in abscondito reddet tibi. **O**rares autē noli e multū loqui: sicut ethnici faciūt. **P**utāt enī q̄ in multiloquio suo exaudiātur. **N**olite ergo assimilari eis. **S**cit enī pater vester quid opus sit vobis: anteq̄ petatis eum. **S**ic ergo vos orabitis. **P**ater n̄r qui es in celis: sanctificetur nomē tuū. **A**dueniat regnū tuū. **F**iat voluntas tua: sicut

7

Mattheum.

ent in celo ⁊ in t̄ra. Panē nr̄m sup̄substantialē
da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̄a: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nr̄is. Et ne nos
iducas in tēptationē: sed libera nos a malo. amē.
Si enim dimiseritis hoībus peccata eorū: dimittet ⁊ vobis pater vester celestis delicta vestra. Si
autē nō dimiseritis hoībus nec p̄r vester dimittet vobis peccata vestra. Quā autē ieiunatis nolite fieri
sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies
suas: vt pareant hoībus ieiunātes. Amē dico vobis: q̄z receperūt mercedē suā. Tu autē cum ieiunas: unge caput tuū: ⁊ faciē tuā laua: ne videaris
hominibus ieiunās: sed p̄ri tuo qui est in absconso: ⁊ p̄r tuus q̄ videt in absconso reddet tibi. Nolite
thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolūt: ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furantur.
Thesaurizate autē vobis thesauros in celo: vbi nec erugo nec tinea d̄molūt: ⁊ vbi fures nō effodiūt nec furant̄.
Vbi ē thesaur⁹ tu⁹: ibi ē cor tuū. Lucerna corp̄is tui ē ocul⁹ tu⁹. Si ocul⁹ tu⁹ fuerit simplex: totū corp⁹ tuū lucidū erit. Si autē ocul⁹ tu⁹ fuerit neq̄z: totū corp⁹ tuū tenebrosū erit. Si q̄ lumē qd̄i te ē: tenebre sūt: ip̄e te sibe q̄nte erūt. Nemo pot̄ duob⁹ dñis seruire: aut enim vnū odio hēbit ⁊ alter diliget: aut vnū substiebit ⁊ alter cōtēnet. Non potestis deo seruire ⁊ māmone. Ideo dico

12

13

Euangeliū scđz

vobis. ne solliciti sitis anime vestre quid manduca-
ceris: neqz corpori vestro quid induamini. Non
ne anima plus est q̄ esca: z corpus plusq̄ vestimē-
tum? Respicite volatilia celi q̄ non serunt neqz
metūt: neqz cōgregāt in horrea: z pater vester ce-
lestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis il-
lis? Quis aut̄ vestrum cogitans potest adijcere
ad staturā suā cubitū vnū. Et de vestimētis quid
solliciti estis. Cōsiderate lilia agri quomodo cres-
cunt. Nō laborant neqz nent. Dico autē vobis:
quoniā nec Salomon in omni gloria sua coope-
ratus est sicut vnū ex istis. Si enī fenū agri quod
hodie est z cras in clibanū mittit̄ deus sic vestit:
quāto magis vos modice fidei. Nolite ergo solli-
citi esse dicētes: quid māducabimus: aut quid bi-
bemus: aut quo operiemur? Hec enī oīa gentes
inquirunt. Scit enī pat̄ vester qz his oībus indi-
getis. Querite ergo primū regnū dei z iusticias
eius: z hec oīa adiūcient̄ vobis. Nolite ergo sol-
liciti esse in crastinū. Crastinus enī dies sollicitus
erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia sua. Cap. vii:

Nolite iudicare z non iudicabimini: nolite
condēnare z non condēnabimini. In quo
enī iudicio iudicaueritis: iudicabimini: z in qua
mensura mēsi fueritis: remeti: tur vobis. Quid
aut̄ vides festucā in oculo fratris tui: z trabem in

8

Mattheum.

oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: frater sine eijciā festucā de oculo tuo: et ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo: et tūc videbis eijcere festucā de oculo fratris tui. Nolite sanctū dare canib? neq; mittatis margaritas vras ante porcos: ne forte cōculcent eas pedib? suis: et canes cōuersi dirūpāt vos. Petite et dabit vobis: quærite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis. Omnis enī q̄ petit accipit: et q̄ querit iuenit: et pulsanti aperietur. Aut quis ē ex vobis homo quē si petierit fili? suus panes: nūq̄d lapidē porriget ei? Aut si piscem petierit: nūquid serpentē porriget ei? Si ergo vos cū sitis mali: non stis bona dare filijs vris quātomagis pater vester q̄ in celis ē dabit bona petētibus se: Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciāt vobis hoies et vos facite illis. Hec est enī lex et pphete. Intrate per angustā portā: quæ lata porta et spaciōsa via est q̄ ducit ad pditionē: et multi sunt qui intrāt per eā. Quæ angusta porta et arcta via est q̄ ducit ad vitā: et pauci sunt qui inueniūt eā. Attendite a falsis propbetis: qui veniūt ad vos in vestimetis ouiu: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Nunquid colligūt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: bonus fruct? facit: mala autē arbor: malos fructus facit. Nō pōt autē arbor mala bonos fruct? facere:

Euangeliū scđz

neqz arbor bona malos fructus facere. **N**ōnis arbor q̄ non facit fructū bonū excidetur: et in ignem mittet̄. Ideo ex fructibz eorum cognoscetis eos. **N**ō ois qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnuz celoz: sed q̄ facit volūtatē p̄ris mei q̄ in celis ē: ipse intrabit in regnū celozū. **M**ulti dicent mihi in illa die: dñe dñe: nōne in nomine tuo p̄phetauimz: et in nomine tuo demonia eiecimz: et in nomine tuo virtutes multas fecimz: et tūc cōfitebor illis: qz nūq̄ noui vos. **D**iscedite a me oēs q̄ opamini iniquitatem. **D**is ergo q̄ audiuit verba mea hec et facit ea: assimilabit̄ viro sapiēti q̄ edificauit domuz suā supra petra: et descēdit pluuia et venerūt flumina et flauerūt vēti et irruerūt in domū illā et nō cecidit. **F**ūdata enī erat sup petra. **E**t ois q̄ audit verba mea hec et non facit ea: similis erit viro stulto q̄ edificauit domū suā sup arenā: et descēdit pluuia et venerunt flumina: et flauerūt vēti et irruerūt in domū illā: et cecidit: et fuit ruina ei⁹ magna. **E**t factū est cū consummasset iesus verba hec: admirabant̄ turbe sup doctrina ei⁹. **E**rat aut̄ docēs eos sicut potestatem habens: et non sicut scribe eozū et pharisei. **E** ap̄. viij. **Q**uā aut̄ descēdisset iesus de mōte secute sūt eū turbe multe. **E**t ecce leprosus veniēs adorabat eum dicēs. **D**ñe si vis potes me mūdare. **E**t extendēs iesus manū: tetigit euz dicēs. **E**golo: mūdare. **E**t cōfesti mūdatus ē lepra ei⁹. **E**t ait illi iesus.

Mattheum.

9
Et nemo dixeris: sed vade ostēde te sacerdos
ti et offer munus tuū quod precepit moyses i testimo
niū illis. Cū autē introisset capharnaū: accessit ad
eū centurio rogās eū et dicēs. Dñe puer me⁹ iacet in
domo paralytic⁹: et male torqueť. Et ait illi iesus.
Ego veniā et curabo eū. Et respōdens ceturio ait.
Dñe nō sum dignus vt itres sub tectū meū: sed tñ
dic verbo et sanabitur puer me⁹. Nā et ego hō sum
sub potestate cōstitut⁹ habēs sub me milites: et dis
co huic vade et vadit: et alio veni et venit: et seruo
meo fac hoc et facit. Audiēs autē iesus mirat⁹ est: et
sequentib⁹ se dixit. Amen dico vobis: non inueni
tantā fidē in israhel. Dico autē vobis qd multi ab ori
ente et occidēte veniēt et recūbent cū abraā et isaac et
iacob in regno celoz filij autē regni eijciēnt in tene
bras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dēntiuz.
Dixit iesus centurioni: vade: et sicut credidisti fiat
tibi. Et sanat⁹ est puer ex illa hora. Et cū venisset
iesus in domū petri vidit focrū eius iacentē et febrī
citantē: et tetigit manū ei⁹ et dimisit eū febris et sur
rexit et ministrabat eis. Et espere autē facto: obtule
rūt ei mltos demōia habētes: et eijciebat spūs x̄bo
et oēs male habētes curauit: vt adiplerē qd dictū
est p̄ esaiā pphētā dicētē. Ipse infirmitates n̄ras ac
cepit: et egrotatiōes n̄ras portauit. Et vidēs autē ie
sus turbas mltas circū se iussit discipulos ire trās
fretū. Et accedēs vn⁹ scriba ait illi. Magr seqr te

Euangeliū scđz

quocūqz ieris. Et dicit ei iesus. Vulpes foueas habēt: z volucres celi nidos: filius autē hominis nō habet vbi caput suū reclinet: alius autē de discipulis ei⁹: ait illi. Dñe pmitte me primū ire z sepelire p̄rem meū. Iesus autē ait illi. Sequere me z dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendēte eo in nauiculā: secuti sunt eū discipuli ei⁹: z ecce motus magn⁹ fact⁹ est in mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eū discipuli ei⁹: z suscitauerūt euz dicētes. Dñe salua nos perim⁹. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modice fidei? Tūc surgēs impauit vētis z mari: z facta est tranquillitas magna. Porro hoīes mirati sunt dicētes. Qualis est hic: qz vēti z mar obediunt ei? Et cū venisset iesus trās fretū in regionē gerasenorū: occurrerūt ei duo habētes demonia de monumētis exeūtes seu nimis: ita vt nemo posset trāsire per viā illam. Et ecce clamarūt dicentes. Quid nobis z tibi iesu fili dei? Cleuisti huc ante tēpus torquere nos. Erat autē nō lōge ab illis grex multoz porcorū pascens. Demones autē rogabāt eum dicētes. Si eiicis nos hinc mitte nos in gregem porcorū. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes abierūt in porcos. Et ecce magno impetu abiit tot⁹ grex per p̄ceps i mare: z mortui sūt in aquis. Pastores autē fugerunt z venientes in ciuitatem: nūciauerūt hec omnia: z de his qui de-

Mattheum.

monia habuerat. Et ecce tota ciuitas exijt obuias iefu: z viso eo rogabant eum: vt transfret a finibus eorum.

Caput. ix.

Ascendēs iefus in nauticulaz transfretauit: z venit in ciuitatē suā. Et ecce offerebant ei paralyticū iacentem in lecto. Vidēs autē iefus fidem illorū: dixit paralytico. Cōfide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidā de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemamat. Et cū vidisset iefus cogitationes eorū dixit. Et quid cogitatis mala i cordibus vris? Quid est facilius dicere: dimittunt tibi peccata tua: an dicere. surge z ambula? Et autē sciatis q: filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuū z vade in domū tuā: z surrexit: z abiit in domū suam. Vidētes autē turbe timuerunt: z glorificauerunt deū qui dedit potestatem talem hominibus. Et cū transfret inde iefus: vidit hominē sedentē in theloneo mattheū nomie. Et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factus est discūbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discūbebant cū iefu z discipulis eius. Et vidētes pharisei dicebant discipulis eius. Quare cū publicanis z peccatorib? māducat magister vester? Et iefus audiēs ait. Non est opus valentibus medico: sed male habentib?. Euntes autem discite quid est: misericordiaz volo

Euangeliū scōz

z nō sacrificiū. Nō enī veni vocare iustos: s; peccatores. Tūc accesserūt ad eū discipuli iohannis: dicētes. Quare nos z pharisei ieiunamus frequēter: discipuli autē tui nō ieiunāt? Et ait illis iesus. Nūquid possunt filij spōsi lugere q̄diu cū illis est spōsus? Veniēt autē dies cū auferetur ab eis spōsus: z tunc ieiunabūt. Nemo autē imittit cōmissurā pāni rudis i vestimētū vet̄. Tollit enī plenitudinem ei⁹ a vestimēto: z peior scissura fit. Neq; mittūt vinū nouū in vtres veteres. Alioqui rūpunt vtres z vinū effundit̄: z vtres pereunt. Sed vinū nouū in vtres novos mittūt: z ambo cōseruātur. Hęc illo loquēte ad eos: ecce princeps vn⁹ accessit z adorabat eū dicēs. Dñe filia mea modo defuncta est: sed veni ipone manū tuā sup eā: z viuet. Et surgēs iesus seq̄batur eū z discipuli eius. Et ecce mulier q̄ sanguis fluxū patiebatur duodeci ānis accessit retro: z tetigit fimbriā vestimēti ei⁹: Dicebat enī intra se. Si tetigero tm̄ vestimentū eius: salua ero. At iesus cōuersus z vidēs eaz dixit. Cōfide filia. Fides tua te salua z fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cū venisset iesus in domū principis: z vidisset tibicines z turbā tumultuatē dicebat. Recedite: nō est enim mortua puella: sed dormit. Et deridebāt eum. Et cū eiecta esset turba itrauit z tenuit manū eius z dixit. Puella surge. Et surrexit puella: z exijt fama hec i vniuersam t̄raz. Et

Mattheum.

trāseūte iude iesu: secuti sunt eū duo ceci clamātes ⁊ dicētes. Misere nri fili dō. Quā aut venisset domū: accesserūt ad eū ceci: ⁊ dicit eis iesus. Creditis q: hoc possuz facere vobis? Dicunt ei. Utiqz dñe. Tūc tetigit oculos eoz dicēs. Scdm fidē vestrā fiat vobis. Et apti sunt oculi eoz. Et cōminat⁹ tus ē illis iesus: dicēs. Glidete ne q̄s sciat. Illi aut exeūtes diffamauerūt eū in tota t̄ra illa. Egressis aut illis: ecce obtulerūt ei hoīez mutū demoniū habentē: ⁊ eiecto demonio: locutus ē mut⁹ et mirate sunt turbe dicētes. Nūquā apparuit sic in israel: Pharisei aut dicebāt. In p̄cipe demonio: ū ei iicit demones. Et circūibat iesus oēs ciuitates ⁊ castella docēs in synagogis eozū ⁊ p̄dicās euāgeliz regni ⁊ curās oēs lāguozē ⁊ oēs infirmitatez. Glidēs aut turbas misertus ē eis: qz erāt verati ⁊ iacētes sicut oues nō hñtes pastozē. Tūc dixit discipulis suis. Messis qdē multa oparij aut pauci. Rogate ergo dominuz messis vt mittat operarios in messem suam.

Caput. x.

A T cōuocatis duodecī discipulis suis dedit illis potestātē spiritūū imūdoz vt eiicerēt eos ⁊ curarēt oēs lāguozē ⁊ oēs infirmitatē. Duodecim aut discipuloz nomia sūt hec. Prim⁹ simō qd̄r petr⁹: ⁊ adreas frat̄ ei⁹. philipp⁹ ⁊ bartholome⁹ iacob⁹ zebedei. ⁊ ioānes frat̄ ei⁹. thomas ⁊ mattheus. publican⁹. ⁊ iacob⁹ alphei. ⁊ thade⁹. simō chana

b iij

Euangeliū scđz

neus: et iudas scariothis: qui et tradidit eum. Hos
duodecim misit iesus: precipiens eis et dicens. In
viam gentium ne abieritis: et in ciuitates samaritanorum
ne intraueritis: sed perite ad oues que perierunt
domum israel. Euntes autem predicate dicentes: quia
appropinquabit regnum celorum: infirmos curate:
mortuos suscite: leprosos mundate: demones eij-
ci: gratis accepistis: gratis date. Nolite posside-
re aurum: neque argentum: neque pecuniam in zonis vestris.
Nō peram in via: neque duas tunicas: neque calciame-
ta: neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo. In
quacūque autem ciuitate aut castellum intraueritis: inter-
rogate quis in ea dignus sit: et ibi manete donec exea-
tis. Intrantes autem in domum: salutate eam dicentes. Pax
huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna
veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna: pax
vestra reuertetur ad vos. Et quacūque non receperit vos:
neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de
domo vel ciuitate: excutite puluerem de pedibus ve-
stris. Amen dico vobis: tollerabilius erit terre so-
domorum et gomorreorum in die iudicii quam illi ciui a i.
Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.
esto. e ergo prudentes sicut serpentes: et simplices si-
cut colubae. Cauete autem ab hominibus. Tradent
enim vos in concilijs: et in synagogis suis. Flagella-
bunt vos: et ad presides et ad reges ducemini propter
me: in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent

Mattheum.

vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabit enim vobis in illa hora quod loquamini. Non enim vos estis qui loquamini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium: et insurgent filii in patres et morte eos afficient: et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Cum autem persecuerint vos in civitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis: non consummabitur ista civitas israel: donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit: sicut magister eius: et servus sicut dominus eius. Si preter familias beelzebub vocaverint quos magis domesticos eius: Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est operatum quod non reveletur: et occultum quod non sciat. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et quod in aure auditis predicare super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeressasse veniunt: Et unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro: vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passibus meliores estis vos. Quis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Qui autem negaverit me coram hominibus: negabo et ego eum coram patre meo qui

Euangeliū scđz

in celis est. Nolite arbitrari: qz veneri pacē mittere in terrā. Nō veni pacē mittere: sed gladiū. Veni enī separe hoīez aduersus p̄ez suū: z filiā aduersus matrē suā: z nurū aduersus socrū suā: z inimici hoīs domestici eius. Qui amat p̄em aut matre z plus q̄ me: nō est me dignus. Et q̄ amat filiū aut filiā sup me nō est me dignus. Et q̄ nō accipit cruce z suā z sequit̄ me: nō est me dignus. Qui iuenit animā suā p̄det illā: z q̄ perdidit aiām suā p̄pter me iueniet eam. Qui recipit vos me recipit: z q̄ me recipit: recipit eū qui me misit. Qui recipit p̄pheta in noīe p̄phete: mercedē p̄phete accipiet. Et q̄ recipit iustū in noīe iusti: mercedez iusti accipiet. Et quicūqz potū dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tm̄ in noīe discipuli: amē dico vobis: non perdet mercedem suam. Capit. xj.

Q factū est cū cōsummasset iesus precipiēs duodecī discipulis suis: trāsijt inde vt doceret z predicaret in ciuitatibus eoz. Joānes autez cū audisset in viculis opa xp̄i: mittēs duos de discipulis suis: ait illi. Tu es qui vēturus es: an aliū expectamus? Et respōdes iesus ait illis. Euntes renunciate ioāni q̄ audistis z vidistis. Eci vident: claudī ambulāt: leprosi mundātur: surdi audiunt: mortui resurgūt: paupes euāgelizātur: z beatus ē q̄ non fuerit scādalizatus in me. Illis aut̄ abeuntibus: cepit iesus dicere ad turbas de ioāne. Quid

Mattheum.

existis in desertū videre: Harūdinem vento agitā
 tata: Sed quid existis videre: Hoiem mollibus
 vestitū: Ecce qui mollibus vestiunt in domib⁹ re
 gū sunt. Sed qd existis videre: Prop̄etā. Etia
 dico vobis ⁊ plusq̄ p̄p̄etā. Hic est enī d̄ quo scri
 ptū est. Ecce ego mitto angeluz meū ante faciē tuā
 qui p̄parabit viā tuā ante te. Amē dico vobis: nō
 surrexit inter natos mulierū maior ioāne baptista.
 Qui autē minor est in regno celoz: maior est illo.
 A diebus autē ioānis baptiste vsqz nunc regnuz
 celoz vi patitur: ⁊ violētī rapiūt illud. Quis enī
 p̄p̄ete ⁊ lex vsqz ad ioānez p̄p̄etauerūt: ⁊ si vul
 tis recipere ipse est helias q̄ venturus ē. Qui hēt
 aures audiēdi audiat. Qui autem similit̄ estimabo
 generationem istam. Similis est pueris sedenti
 bus in foro qui clamantes coequalib⁹ dicunt. Les
 cinimus vobis ⁊ nō saltastis: lamētauimus ⁊ non
 planxistis. Venit enim ioānes neqz manducans
 neqz bibens: ⁊ dicūt demonium habet. Venit fi
 lius hominis manducans ⁊ bibēs: ⁊ dicunt: ecce
 homo vorax ⁊ potator vini publicanoz ⁊ peccato
 rum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis su
 is. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus
 facte sunt plurime virtutes eius: quia non egissent
 penitentiam. Ele tibi corozaim: ve tibi bethsaida
 quia si in tyro ⁊ sidone facte essent virtutes que fa
 cte sunt in vobis: olim in cilicio ⁊ cinere penitenz

Euangeliū scđz

tiā egissent. Veruntamē dico vobis: tyro & sidoni remissius erit in die iudicij q̄ vobis. Et tu caphar naum: nūquid vsqz in celū exaltaberis? Usqz in infernū descendes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes q̄ facte sunt in te: forte māssissent vsqz in hāc diē. Veruntamē dico vobis qz terre sodomorū remissius erit in die iudicij q̄ tibi. In illo tēpore r̄ndens iesus dixit. Cōfiteor tibi pater domine celi & terre: qz abscondisti hec a sapiētibus & prudentibz: & reuelasti ea paruulis: Ita pater qm̄ sic fuit placitū ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater: neqz patrē quis nouit nisi filius: & qui voluerit filiū reuelare. Venite ad me om̄es qui laboratis & onerati estis & ego reficiā vos. Tollite iuguz meum sup vos: & discite a me qz mittis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugū enī meū suauē est: & onus meū leue. Caput. xij.

In illo tempore abiit iesus per sata sabbato: discipuli autē eius esuriētes ceperunt vellere spicas & māducare. Pharisei autē videntes dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciūt quod nō licet eis facere sabbatis. At illi dixit eis. Nō legistis qd fecerit dauid qm̄ esuriit & qui cū eo erant: quomodo intravit in domū dei & panes p̄positionis comedit: quos nō licebat ei edere: neqz his qui cū eo erant: nisi solis sacerdotibz? Aut nō legistis i lege quia

Mattheum.

sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatū violant et si-
 ne crimine sunt? Dico autē vobis quia templo ma-
 ior est hic. Si autē sciretis quid est misericordiam
 volo et nō sacrificiū: nūquā cōdēnassetis innocen-
 tes. Dñs enī est filius hoīs et sabbati. Et cuz inde
 transisset: venit in synagogā eorū. Et ecce homo ma-
 num habēs aridā et interrogabāt eū dicētes. Si li-
 cet sabbatis curare: vt accusarēt eum. Ipse autem
 dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat
 ouem vnā: et si ceciderit hec sabbatis in foueam:
 et nonne tenebit et leuabit eam? Quanto magis
 melior est homo oue? Ita licet sabbatis bene fa-
 cere. Tunc ait homini. Extende manū tuam: et ex-
 tendit et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes
 autē p̄pharisei consiliū faciebāt aduersus eum quo-
 modo p̄derēt eum. Iesus autē sciēs recessit inde: et
 secuti sunt eū multi: et curauit eos oēs. Et precepit
 eis: ne manifestū eū facerēt: vt adimpleretur qđ di-
 ctū est p̄ Esaiam p̄phetā dicentes. Ecce puer me-
 quē elegit: dilec-^{us} meus in quo bene cōplacuit ani-
 me mee. Donā spiritū meū super eū: et iudiciū gē-
 tibus nūciabit. Nō contēdet neqz clamabit: neqz
 audiet aliquis in plateis vocē eius. Harūdinem
 quassatā nō cōfriget et lignū fumigās nō ertiguet:
 donec eūciat ad victoriā iudiciū: et in nomine eius
 gentes sperabūt. Tūc oblatus est ei demoniuz ha-
 bens cecus et mutus et curauit eum ita vt loqueret̄

Euangeliū scđz

et videret: et stupebāt oēs turbe et dicebāt. **Nūquā**
hic est filiū dauid? **Pharisei** autē audientes dixe-
runt. **Hic** nō eijcit demones nisi in beelzebub p̄-
cipe demonioꝝ. **Jesus** autē sciēs cogitationes eoz
dixit eis. **Quē** regnū diuisuz cōtra se d̄solabitur
et oñis ciuitas vel dom⁹ diuisa cōtra se non stabit.
Et si sathanas sathanaz eijcit: aduersus se diuisus
est: quomodo ergo stabit regnū ei⁹? **Et** si ego i be-
elzebub eijcio demones: filij v̄ri in quo eijciunt?
Ideo ip̄i iudices v̄ri erūt. **Si** autē ego i spū dei eij-
cio demones: igit̄ puenit in vos regnum dei. **Aut**
quomō pōt quisq̄ intrare in domum fortis: et vasa
ei⁹ diripe: nisi p̄ri⁹ alligauerit fortē? **Et** tūc domū
illī⁹ diripiet. **Qui** nō est mecū cōtra me est: et q̄ nō
cōgregat mecū sp̄git. **Ideo** dico vobis: oñe pecca-
tū et blasphemia remitteṫ hoīb⁹: spūs autē blas-
phemie nō remitteṫ. **Et** quicūqz dixerit verbū cō-
tra filiū hoīs remittetur ei q̄ aut dixerit cōtra spūz
sanctū: nō remittetur ei: neqz in hoc sc̄lo: neqz in fu-
turo. **Aut** facite arborē bonā et fructū ei⁹ bonum:
aut facite arborē malā: et fructū ei⁹ maluz. **Siqui-**
dē ex fructu arbor agnoscit̄. **Pro**genies viparū:
quomō potestis bona loq̄ cū sitis mali? **Ex** abūda-
tia. n. cordis os loquit̄. **Bon⁹** hō d̄ bono thesauro
pfert bona: et malus hō de malo thesauro profert
mala. **Dico** aut vobis: quoniā oñe verbū ociosuz
quod locuti fuerit hoies reddent rationē de eo in

Mattheum.

die iudicij. Et verbis eniz tuis iustificaberis et ex verbis tuis condēnaberis. Tunc respōderūt ei quōsdā de scribis et phariseis dicentes. Magister: volumus a te signū videre. Qui rīdens ait illis. Generatio mala et adultera signū querit et signum nō dabit ei nisi signū iōne pphete. Sicut enī fuit iōnas in vētre ceti tribus dieb? et tribus noctibus: sic erit filius hoīs in corde tēre tribus dieb? et tribus noctib?. Eliri niniuite surgēt in iudicio cum generatione ista et cōdēnabunt eam: qz penitētiam egerūt in p̄dicatiōe iōne. Et ecce plus q̄ iōna hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista et condēnabit eā: qz venit a finibus tēre audire sapientiā salomonis. Et ecce plus q̄ salomō hic. Cū aut̄ imundus spūs exierit ab hoīe: ambulat p̄ loca arida querēs requiē et nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domuz meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantez: scopis mūdātā et ornātā. Tūc vadit et assumit septem alios spiritus secū nequiores se: et intrātes habitabant ibi: et fiunt nouissima hominis illi? peiora priorib?. Sic et erit generatio? ni huic pessime. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce mater ei? et frēs stabāt foris: q̄rētes loq̄ ei. Dixit aut̄ ei quidaz. Ecce mater tua et fratres tui foris stāt querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait: Que est mater mea: et qui sunt fratres mei? Et extendens manū in discipulos suos dixit. Ecce mat̄

Euangeliū scđz

mea ⁊ fratres mei. Quicūqz enī fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater soror ⁊ mater est.

Caput. xiiij.

In illo die exiens iesus de domo sedebat secus mare. Et congregate sunt ad eum turbe multe: ita vt in nauiculā ascendēs sederet: ⁊ omnis turba stabat in litore: ⁊ locutus est eis multa in parabolis dicēs. Ecce exiit qui seminat seminare. Et dū semina: qđdam ceciderūt secus viā: ⁊ venerunt volucres ⁊ comederūt ea. Alia autē ceciderunt in petrosa vbi nō habebāt terrā multam: ⁊ continuo exorte sunt: qz nō habebant altitudinē terre. Sole autē orto estuauerunt: ⁊ quia nō habebāt radicem aruerūt. Alia autē ceciderūt in spinas ⁊ creuerūt spine ⁊ suffocauerūt ea. Alia autē ceciderūt in terram bonā: ⁊ dabāt fructū: aliud cētēsimū: aliud sexagesimū: aliud tricesimū. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedētes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens ait illis. Quia vobis datū est nosse mysteria regni celorū illis autē non est datū. Qui enim habet dabitur ei ⁊ abūndabit: qui autē non habet ⁊ qđ habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia vidētes nō vidēt: ⁊ audientes nō audiūt neqz intelligūt: ⁊ adimplet in eis pphetia Esaie dicētis. Auditū audietis ⁊ nō intelligetis: ⁊ vidētes videbitis ⁊ nō videbitis. Incrassatum est enī

Mattheum:

eorum populi huius et auribus grauer audierunt: et
 oculos suos clauserunt ne quando videant oculis et
 auribus audiant et corde intelligant: et conuertantur
 et sanentur eos. **C**lesti autem beati oculi quia videt et au-
 res vestre quia audiunt. **A**men quippe dico vobis: quia
 multi prophetarum et iusti cupierunt videre quae videtis et
 non viderunt: et audire quae auditis: et non audierunt.
Clos ergo audite parabolam seminantis. **Q**uius qui
 audit verbum regni et non intelligit venit malus et ra-
 dit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus viam
 seminatus est. **Q**ui autem super petrosam seminatus est: hic
 est qui verbum audit et continuo cum gaudio accipit illud.
Non habet autem in se radicem sed est temporalis. **F**as-
 ta autem tribulatione et persecutione propter verbum con-
 tinuo scandalizat. **Q**ui autem seminat est in spinis
 hic est qui verbum dei audit et sollicitudo seculi istius et
 fallacia diuitiarum suffocat verbum: et sine fructu effi-
 citur. **Q**ui vero in terra bona seminatus est: hic est
 qui audit verbum et intelligit et fructum affert: et facit al-
 iud quidem centesimum: alium autem sexagesimum: aliud
 vero tricesimum. **A**liam parabolam proposuit illis dicens.
Simile factum est regnum celorum homini qui seminabit bo-
 num seminem in agro suo. **Q**uando autem dormiret homines: venit
 inimicus eius et supereminavit zizania in medio tri-
 tici: et abiit. **Q**uando autem creuisset herba et fructum fecis-
 set: tunc apparuerunt et zizania. **A**ccedentes autem serui
 patris familias: dixerunt ei. **D**ne: nonne bonum seminem

Euangeliū scđz

feminasti in agro tuo. Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus hō hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Quis unus et colligim⁹ ea? Et ait. Non. Ne forte colligētes zizania erradicetis simul et triticū. Sinite utraqz crescere vsqz ad messem et in tēpore messis dicā messoribus. Colligite primū zizania: et alligate ea in fasciculos ad cōburendū: triticū autē cōgregate in horreū meū. Aliā parabolā pposuit eis dicēs. Simile est regnū celoz grano synapis: qđ accipiens hō seminavit in agro suo: qđ minimū quidē est oibus seminib⁹. Quā autem creverit mai⁹ est oibus oleribus: et fit arbor: ita ut volucres celi veniāt et habitēt in ramis ei⁹. Aliā parabolā locut⁹ est eis. Simile est regnū celozū fermento: qđ acceptū mulier abscondit i farine satis tribus: donec fermentatū est totū. Hec oia locut⁹ est Iesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis nō loquebat⁹ eis ut implerēt qđ dictū erat p pphetā dicentē. Aperiā in parabolis os meū eructabo abscondita a cōstitutione mūdi. Tūc dimissis turbis venit in domū: et accesserūt ad eum discipuli ei⁹ dicentes. Ediffere nobis parabolā zizanioruz agri. Qui respōdens ait. Qui seminat bonuz semē: est filius hoīs. Agger autē est mundus. Bonum vero semen: hi sunt filiū regni: zizania autē: filiū sunt neq⁹. Inimicus autē q̄ seminavit ea: est diabol⁹. Messis vero cōsumatio seculi est. Messores autē ange

Mattheum.

li sunt. Sicut ergo colligunt zizania et igni combu-
runt: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius
hois angelos suos et colligent de regno eius omnia scanda-
lala: et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eius. Qui habet
aures audiendi audiat. Simile est regnum celorum
thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo ab-
scodit: et pro gaudio illius vadit et vendit uniuersa que
habet: et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum
homo negotiatori: qui querit bonas margaritas. Inuenit
ta autem una preciosa margarita: abiit et vendidit omnia que
habuit: et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene
misse in mare: et ex omni genere piscium congregati. Quam-
cumque impleta esset: educerent et secus litus sedentes elegerunt
bonos in vasa: malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummatione seculi. Erubunt angeli: et separa-
bunt malos de medio iustorum: et mittent eos in caminum
ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intelligitis
hec omnia? Dicunt ei. Etiam. At illis. Ideo omnis scriba
doctus in regnum celorum similis est homini patrifamilias: qui
profert de thesauro suo noua et vetera. Et factus est
cum consuminasset iesus parabolas istas: transiit inde. Et
ueniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum:
ita ut mirarentur et dicerent. Unde huic sapientia hec
et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater
eius dicitur maria: et fratres eius: iacobus et iosephus et simon

Euangeliū scōz

z iudas: z sorores eius nōne omnes apud nos sūt:
Unde ergo huic omnia ista: Et scandalizabatur i
eo. Iesus autē dixit eis. Nō est ppheta sine hono
re nisi in patria sua z in domo sua. Et non fecit ibi
virtutes multas ppter incredulitatē illoz. Cap. xiiii
In illo tpe audiuit herodes tetrarcha famas
iesu: z ait pueris suis. Hic est ioānes bapti
sta: ipse surrexit a mortuis z ideo virtutes operan
tur in eo. Herodes enī tenuit ioānem z alligauit
eum z posuit in carcerē ppter herodiadē vxorem
fratris sui. Dicebat enī illi ioānes. Nō licet tibi
hēre eam. Et voles illū occidere timuit populū: qz
sicut ppheta eum habebāt. Die autē natalis hero
dis: saltauit filia herodiadis i medio: z placuit her
odi. Unde cū iuramēto pollicitus est ei dare qd
cūqz postulasset ab eo. At illa premonita a matre
sua: da mihi inquit hic in disco caput ioānis bap
tiste. Et cōtristatus ē rex: ppter iuramentū autem z
eos q pariter recūbebāt: iussit dari. Distiqz z d
collauit ioānem in carcere. Et allatū est caput ei⁹ i
disco: z datum est puelle: z illa attulit matri sue. Et
accedentes discipuli eius tulerunt corpus ei⁹ z se
pelierūt illud: z veniētes nunciauerunt iesu. Qd
cū audisset iesus secessit inde in nauiculā: in locum
desertū seorsum. Et cū audissent turbe secute sunt
eum pedestres de ciuitatib⁹. Et exiēs vidit turbā
multā: z misertus ē eis z curauit lāquidos eoz.

Mattheum.

Et spe aũt facto accesserũt ad eum discipuli eius
 dicẽtes. Deserit? ẽ locus ⁊ hora iã preterit: dimitte
 te turbas vt euntes in castella emãt sibi escas. Ies
 sus aũt dixit eis. Non habet necesse ire date illis
 vos mãducare. Respõderunt ei. Nõ habem? bic
 nisi quĩqz panes ⁊ duos pisces. Qui ait eis. Af
 ferte mihi illos huc. Et cũ iussisset turbã discũbes
 re sup fenũ: acceptis quĩqz panibus ⁊ duob? pisci
 bus: aspiciẽs in celũ benedixit ⁊ fregit: ⁊ dedit disci
 pulis panes: discipuli aũt turbis. Et manduca
 uerũt oẽs ⁊ saturati sunt. Et tulerũt reliq̃as: duoꝝ
 deci cophinos fragmẽtoꝝ plenos. Mãducãtiuz
 aũt fuit numerus quĩqz milia viroꝝ exceptis mu
 lieribus ⁊ paruulis. Et statĩ cõpulit discipulos as
 cẽdere in nauiculã: ⁊ precedere eum trãsfretũ do
 nec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit
 in montẽ solus orare. Et spe aũt facto: solus erat
 ibi. Nauicula aũt i medio mari iactabaĩ fluctib?.
 Erat enĩ cõtrari? vêtus. Quarta autẽ vigilia no
 ctis: venit ad eos ambulãs supra mare. Et viden
 tes eũ supra mare ambulãtẽ: turbati sunt dicentes
 qz phãtasma est. Et p̃etimore clamauerũt. Sta
 tiqz iesus locutus ẽ eis dicens. Habete fiduciam
 ego sum: nolite timere. Rñdens aũt petrus dixit.
 Dñe si tu es: iube me ad te venire sup aq̃s. At ip
 se ait. Veni. Et descẽdens petrus de nauicula am
 bulabat sup aquaz vt veniret ad iesum. Et videns

Euangeliū scđz

vero v̄tūm validū timuit. Et cū cepisset mergi: clamauit dicens. Dñe saluū me fac. Et cōtinuo iesus extendēs manū apprehendit eum et ait illi. **Q**uare dice fidei quare dubitasti? Et cū ascendisset in nauiculā: cessauit v̄tū. Qui aut̄ in nauicula erāt venerunt et adorauerunt eum dicentes. **Q**uare filius dei es. Et cum transfretassent venerunt in terram genesar. Et cū cognouissent eum viri loci illi: miserūt in vniuersam regionē illā: et obrulerūt ei oēs male habentes: et rogabāt eum vt vel fimbriās vestimenti eius tangerent. Et quicūqz tetigerunt salui facti sunt.

Caput. xv.

Tunc accesserūt ad euz ab hierosolymis scrib̄be et pharisei: dicentes. **Q**uare discipuli tui transgrediunt̄ traditiones senioꝝ? **N**ō enī lauāt man̄ suas cum panem māducant. **I**pse aut̄ respōdens ait illis. **Q**uare et vos trāsgredimini mādatum dei: ppter traditionē v̄ram? **N**az deus dixit. **H**onora p̄rem et matrē: et q̄ maledixerit p̄ri v̄l matri: morte moriat̄. **V**os aut̄ dicitis: quicūqz dixerit p̄ri vel matri munus quodcūqz est ex me tibi p̄derit: et nō honorificabit p̄rem suū aut matrē suā: et irritum fecistis mādatū dei ppter traditionē v̄strā. **H**ypocrite: bene p̄phetauit de vobis esaias dicens. **H**opulus hic labiis me honorat: cor aut̄ tem eorum longe est a me. **S**ine causa autem constituit me docentes doctrinas et mandata hominū.

Mattheum.

Et convocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt? At ille respondens ait. Quis plantatio quas non plantavit pater meus celestis erradicabit. Sinite illos: ceci sunt: et duces cecorum. Necus autem si ceco ducatum prestat: ambo in foveam cadunt. Respondens autem petrus: dixit ei. Edisse nobis parabolas istas. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis: quia omne quod in os intrat in ventrem vadit: et in secessum emittitur. Que autem procedunt de ore: de corde de exeunt: et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonio: et blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Et egressus inde iesus secessit in partes tyri et sidonis. Et ecce mulier chananæa a finibus illis egressa: clamavit dicens ei. Miserere mei domine fili david: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius: rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. At illa venit: et adoravit eum dicens. Domine:

Euangeliū scđz

adiuua me. Qui rēdens ait. Nō est bonum sume
re panē filiōz: z mittere canibus. At illa dixit. Eti
am dñe. Nā z catelli edunt d̄ micis q̄ cadunt d̄ mē
sa dñoz suor. Tunc respōdēs ielus: ait illi. **M**u
lier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sana
ta est filia eius ex illa hora. Et cum trāsisset ide iē
sus: venit secus mare galilee: z ascendēs in montē
sedebat ibi. Et accesserunt ad euz turbe multe: ha
bētes secū mutos: cecos: claudos: debiles: z alios
multos: z piecerunt eos ad pedes eius: z curauit
eos ita vt turbe mirarētur videntes mutos loquē
tes: claudos ambulātes: cecos videntes: z magni
ficabāt deum israhel. **J**esus aut̄ cōuocatis discipu
lis suis dixit. **M**isereoz turbe: qz triduo iā pseue
rāt mecū: z nō hnt qd̄ māducent. Et dimittere eos
ieiunos nolo: ne deficiāt i via. Et dicunt ei discipu
li. **U**nde ergo nobis in deserto panes tātos: vt sa
tūremus turbā tantā? Et ait illis iesus. **Q**uot pā
nes habetis? At illi dixerūt: septē: z paucos pisci
culos. Et precepit turbe vt discumberēt sup terrā.
Et accipiens septē panes z pisces: z gratias agēs
fregit z dedit discipulis: z discipuli dederūt popu
lo: z comederūt omnes: z saturati sunt. Et qd̄ sup
fuit de fragmētis: tulerunt septē z sportas plenas.
Erāt aut̄ q̄ māducauerūt q̄tuor millia hoīm: extra
paruulos z mulieres. Et dimissa turba ascēdit in
nauiculā: z venit in fines magedan. Caput. xvi.

20

Mattheum.

Accesserunt ad eum pharisei et saducei temptantes: et rogarunt eum ut signum de celo ostenderet eis. At ille respondens ait illis. Facto vespere dicitis: serenum erit: rubicundum est enim celum. Et mane hodie tempestas: rutilat enim triste celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis. Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei: nisi signum iohanne prophete. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius trans fretum: obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini et caute a fermento phariseorum et saduceorum. Et illi cogitabant inter se dicentes. Quare panes non accepimus. Sciens autem iesus dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei: quare panes non habetis? Nonne intelligitis neque recordamini quicquid panum et quicquid milliun hominum: et quot copiosos sumpstis? Neque septem panum et quattuor millia hominum: et quot sportas sumpstis? Quare non intelligitis quare non de pane dixi vobis: caute a fermento phariseorum et saduceorum. Tunc intellexerunt quare non dixerit cauendum a fermento panum: sed a doctrina phariseorum et saduceorum. Venit autem iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam: alii autem heliam: alii vero hieremiam: aut unum ex prophetis. Dicit illis iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens simon petrus dixit. Tu es

Euangeliū scđz

xps filius dei viui. Respōdens aut̄ iesus dixit ei:
Beatus es simō bariona: qz caro z sanguis nō re-
uelauit tibi: sed pater meus q̄ in celis est. Et ego di-
co tibi: quia tu es petr⁹ z super hāc petraz editica-
bo ecclesiā meam: z porte inferi non preualebunt
aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celozū.
Et quodcunqz ligaueris super terram erit liga-
tum z in celis: z quodcūqz solueris super terram:
erit solutū z in celis. Tunc precepit discipulis suis
is vt nemini dicerēt: qz ip̄e esset iesus xps. Exinde
cepit iesus ostēdere discipulis suis: quia oportet
eum ire hierosolymā: z multa pati a seniorib⁹ z scri-
bis z principib⁹ sacerdotuz z occidi z tertia die re-
surgere. Et assumēs eū petrus: cepit increpare il-
lum dicens. Absit a te dñe: non erit tibi hoc. Qui
cōuersus dixit petro. Glade post me sathana: scan-
dalum es mihi: quia nō sapis ea q̄ dei sunt: sed ea q̄
hominū. Tūc iesus dixit discipulis suis. Si quis
vult post me venire abneget semetipsum: z tollat
crucem suā z sequat̄ me. Qui enī voluerit animaz
suam saluā facere: perdet eam. Qui aut̄ perdide-
rit animā suā ppter me: inueniet eam. Quid enim
pdest homini si mūdū vniuersuz lucretur: aīe vero
sue detrimentū patiat̄? Aut quā dabit hō cōmu-
tationē pro anima sua? Fili⁹ enī hoīs ventur⁹ est
in gloria p̄ris sui cuz angelis suis. Et tunc reddet
unicuiqz scđm opa eius. Amē dico vobis: sunt q̄

Mattheum.

dam de his statibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Cap. xvii.

Q Post dies sex assumpsit Iesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius: et duxit illos in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses et helias cum eo loquentes. Respondens autem petrus: dixit ad Iesum. Domine bonum est nos hic esse. si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi unum: moysi unum: et helie unum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit Iesus et tetigit eos: dixitque eis. Surgite et nolite timere. Levantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte precepit Iesus dicens. Memini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogaverunt eum discipuli dicentes. Quid ergo scribe dicunt quod heliam oporteat primum venire? At ille respondens ait eis. Helias quidem venturus est et restituet omnia. Dico autem vobis: quia helias iam venit: et non cognoverunt eum. sed fecerunt in eo quecumque voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Joanne baptista dixisset.

Euangeliū scđz

eis. Et cū venisset ad turbā: accessit ad eum hō genibus prolutus ante eū dicēs. Dñe miserere filio meo: qz lunaticus ē: z male patit̄. Nā sepe cadit i ignē: z crebro i aquā. Et obtuli eum discipulis tuis: z nō potuerūt curare eum. Rñdens aut̄ iesus ait. O generatio incredula z perversa: quousqz ero vobiscū? Usqz quo patiar nos? Afferte huc illuz ad me. Et increpauit illū iesus z exijt ab eo demonium: z curat̄ est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad iesum secreto: z dixerunt. Quare nos nō potuim⁹ eijcere illum? Dicit illis iesus. Propter incredulitatem vram. Amē q̄ppe dico vobis: si habueritis fidem sicut granū sinapis: dicetis mōti huic trāsi hīc z trāsibit: z nihil i possibile erit vobis. Hoc aut̄ genus non eijcit nisi p orōnem z ieiuniuz. Cōuersantibus aut̄ eis in galilea: dixit illis iesus. Fili⁹ hoīs tradēdus est in manus hoīm z occidēt eum: z tertia die resurget. Et cōtristati sunt vehement̄: z cum venissent capharnaūz: accesserunt q̄ didrachmā accipiebāt ad petrum: z dixerūt ei. Magister vester nō soluit didrachmā. Ait. Etiam. Et cū intrasset in domū: preuenit euz iesus dicens. Quid tibi videt̄ simō? Reges terra quibus accipiunt tributuz vel censum: a filiis suis an ab aliens? Et ille dixit. Ab aliens. Dixit illis iesus. Ergo liberi sunt filij. Et autē nō scandalizem⁹ eos: vade ad mare z mitte panum: z eū

Mattheum.

piscē q̄ prim⁹ ascēderit: tolle. Et ap̄to ore eius iue-
 nies staterē: illū sumēs: da eis p̄ me ⁊ te. Cap. xviii
In illa hora accesserūt discipuli ad iesum dicē-
 tes. Quis putas maior est in regno celoz?
 Et aduocās iesus paruulū: statuit eū in medio eorū:
 ⁊ dixit. Amē dico vobis: nisi cōuersi fueritis
 ⁊ efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnū
 celoz. Quicūqz ergo humiliauerit se sicut paru-
 lus iste: hic est maior in regno celoz. Et q̄ suscepit
 vnū paruulū talē in nomine meo: me suscepit. Qui
 autē scandalizauerit vnū de pusillis istis qui ī me
 credūt: expedit ei vt suspendat̄ mola asinaria ī col-
 lo eius: ⁊ demergat̄ in pfundū maris. **V**e mun-
 do a scādalis. Necesse est enī vt veniant scandala.
Verūtāme ve hoī illi p̄ quē scandalum venit. Si
 aut manus tua vel pes tuus scādalizat te: abscide
 eum ⁊ p̄ice abs te. Bonū tibi est ad vitā ingredi
 debile vel claudum: q̄ duas manus vel duos pes-
 des habentē mitti in ignē eternū. Et si oculus tu⁹
 scandalizat te: erue eum ⁊ p̄ice abs te. Bonum t̄
 bi est vnū oculū habētē in vitā intrare: q̄ duos ocu-
 los habentē mitti in gehēnā ignis. **V**idete ne con-
 tēnatis vnū ex his pusillis. Dico enī vobis: qz an-
 geli eorū in celis semp vident faciem p̄ris mei qui
 in celis est. **V**enit enī filius hoīs saluare qd̄ perie-
 rat. **Q**uid vobis videt̄? Si fuerint alicui centum
 oves: ⁊ errauerit vna ex eis: nōne reliquit nonagis

Euangeliū scđz

ta mouez in montibz: z vadit q̄rere eam q̄ errauit?
Et si contigerit vt inueniet eam: amen dico vobis:
quia gaudet sup eam magis q̄ supra nonagita no
uem q̄ nō errauerūt. Sic nō est volūtas ante p̄rem
vestrum qui in celis est: vt pereat vnus de pusillis
istis. Si autē peccauerit in te frater tu? vade z cor
ripe eum inter te z ip̄m solū. Si te audierit: lucra
tus eris fratrem tuū. Si autē non te audierit: adhi
be tecū adhuc vnū vel duos: vt in ore duorum vel
triū testium stet omne verbū. Quod si nō audie
rit eos: dic ecclesie. Si autē ecclesiaz non audierit:
sit tibi sicut ethnicus z publican?. Amen dico vo
bis: quecūqz alligaueritis sup terras erunt ligata
z in celo: z quecūqz solueritis sup terram erūt so
luta z in celo. Iterū dico vobis: qz si duo ex vobis
consenserint super terrā de omni re quācūqz petie
rint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enī
sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo: ibi suz
in medio eorū. Tunc accedēs petrus ad euz dixit.
Dñe quotiens peccabit in me frater me?: z dimittas
tam ei? Usqz septies? Dicit illi iesus. Non dico
tibi vsqz septies: s; vsqz septuagies septies. Ideo
assimilatū est regnū celoz homini regi: qui voluit
rōnem ponere cū seruis suis. Et cum cepisset rō
nem ponere: oblatus est ei vnus q̄ debebat ei decē
milia talenta. Quū autē nō haberet vnde redderet:
iussit eū dñs ei? vendari z vxorē ei? z filios: z oia

Mattheum.

quæ habebat et reddi. Prociðes autem seruus ille: orabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eum: et debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille: inuenit unum de conseruis suis: qui debebat ei centum denarios: et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et prociðes conseruus eius: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autem noluit sed abiit et misit eum in carcerem: donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius que fiebant contristati sunt valde: et venerunt et narrauerunt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: et ait illi. Serue nequam: omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui miserus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus: quo ad usque redderet uniuersum debitum. Sic et pater meus celestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

A factum est cum consumasset Iesus sermones istos: migravit a Galilea: et venit in fines iudee trans iordanem: et secute sunt eum turbe multe: et curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei et tantes eum: et dicentes. Silicet homo dimittere uxorem suam quocumque ex causa? Qui respondens ait eis. Non legistis: quod fecit homo ab initio: masculum et feminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem: et adhaerebit uxori sue: et erunt duo in carne vna.

Euangelium secundum Mattheum

Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus
coniunxit: homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo
moyses mandauit dari libellum repudij et dimittere?
Redit illis. Quoniam moyses ad duriciam cordis vestri permisit
vobis dimittere uxores vestras ab initio autem non
fuit sic. Dico autem vobis: quicunque dimiserit uxorem
suam nisi ob fornicationem: et aliam duxerit: mechatur.
Et qui dimissam duxerit: mechatur. Dicunt ei discipuli eius.
Si ita est causa hominis cum uxore: non expedit nubere.
Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est.
Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt: et sunt eunuchi qui
facti sunt ab hominibus: et sunt eunuchi qui seipsum castrauerunt
propter regnum celorum. Qui potest capere capiat.
Tunc oblatis sunt ei paruuli: ut manus eis imponeret
et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus
vero ait eis. Sinite paruulos et nolite eos prohibere
ad me venire: talium enim est regnum celorum. Et cum
imposuisset eis manus: abiit inde. Et ecce unus accedens
ait illi. Magister bone quid boni faciam ut habeam vitam
eternam? Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? Unus est bonus deus. Si autem vis ad
vitam ingredi: serua mandata. Dicit illi. Que? Iesus
autem dixit. Non homicidium facies: non adulterabis:
non facies furtum: non falsum testimonium dices: honora
patrem tuum et matrem: diliges primum tuum
sicut teipsum: dicit illi adolescens. Quia hec custodiam

Mattheum.

uia iuuetate mea: quid adhuc mihi deest? At illi
 iesus. Si vis perfectus esse: vade et vende omnia que
 habes: et da pauperibus: et habebis thesaurum in
 celo: et veni sequere me. Cum audisset autem adoles-
 cens verbum: abiit tristis. Erat enim habens multas
 possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis. Amen
 dico vobis: quia diues difficile intrabit in regnum ce-
 loz. Et iterum dico vobis. Facilius est camelum per
 foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum
 celoz. Auditis autem his: discipuli mirabantur valde
 dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspici-
 ens autem iesus dixit illis. Apud homines hoc impos-
 sibile est: apud deum autem omnia possible sunt. Tunc
 respondens petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus
 omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?
 Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis: quod vos qui
 secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius ho-
 minis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super
 sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et
 omnis qui reliquit domum vel fratres: aut sorores aut
 patrem: aut matrem: aut uxorem: aut filios: aut agros pro-
 pter nomen meum: centuplum accipiet: et vitam eternam
 possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi et
 nouissimi primi.

Caput. xx.

Simile est regnum celoz homini patri familias: qui
 exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex des-

Euangeliū scđz

nario diurno: misit eos in vineas suā. Et egressus circa horā tertiā vidit alios stātes ī foro ociosos: et dixit illis. Ite et vos in vineā meā: et quod iustū fuerit dabo vobis. Illi autē abierunt. Iterū autē exiit circa horā sextā et nonā et fecit similiter. Circa vnde decimā vero exiit: et iuenit alios stātes et dixit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos cōduxit. Dixit illis. Ite et vos in vineā meā. Cū sero autē factū esset: dicit dñs vinee pcuratori suo. Voca oparios: et redde illis mercedē incipiēsa nouissimis vsqz ad primos. Cū venissent ergo q̄ circa vnde decimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Veniētes autē et primī: arbitrati sunt q̄ plus essent accepturi: acceperunt autē et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus p̄rem familias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt et pares illos nobis fecisti: q̄ portauim⁹ pondus diei et est⁹? At ille respondēs vni eoz dixit. Amice: nō facio tibi injuriā. Nonne ex denario cōuenisti mecū? Tolle quod tuū est et vade. Volo autē et huic nouissimo dare: sicut et tibi. aut nō licet mihi qd̄ volo facere? An oculus tuus nequā est q̄ ego bon⁹ sum? Sicerūt nouissimi primī: et primī nouissimi. Multi enī sunt vocati: pauci vero electi. Et ascendēs iesus hierosolymā: assūpsit duodeci discipulos secreto: et ait illis. Ecce ascendim⁹ hierosolymā: et fili⁹ hoīs tradetur principi

Mattheum.

pibus sacerdotū z scribis z condēnabūt eū morte
 z tradent eū gentib⁹ ad illudendū z flagellandū:
 z crucifigendū z tertia die resurget. Tūc accessit
 ad eum mat' filioꝝ zebedei cū filijs suis: adorans z
 petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait
 illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei vnus ad dexterā
 tuam: z vn⁹ ad sinistrā in regno tuo. Respondens
 autez iesus dixit. Nescitis qd petatis. Potestis
 bibere calicē quē ego bibiturus sum? Dicunt ei.
 Possūm⁹. Ait illis. Calicē quidē meuz bibetis:
 sedere autē ad dexterā meā vel sinistrā nō est meū da
 re vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et
 audiētes decem: indignati sunt de duob⁹ fratrib⁹.
 Iesus autē vocauit eos ad se z ait. Scitis qz prin
 cipes gentiū dominant' eorū: z q̄ maiores sunt po
 testatem exercēt inter eos? Nō ita erit inter vos.
 Sed quicunqz voluerit inter vos maior fieri: sit
 vester minister. Et qui voluerit inter vos primus
 esse: erit vester seru⁹. Sicut fili⁹ hominis non ve
 nit ministrari s; ministrare: z dare animā suā redē
 ptionē pro multis. Et egredientib⁹ illis ab hieri
 co secuta est eum turba multa. Et ecce duo ceci se
 dentes secus viā: audierunt quia iesus transiret: z
 clamauerūt dicētes. Dñe miserere nri fili dō. Tur
 ba autē increpabat eos vt tacerent. At illi magis cla
 mabāt dicētes. Dñe miserere nri fili dō. Et stetit ie
 sus: z vocauit eos z ait. Quid vultis vt faciā voꝝ

Euangeliū scđz

bis. Dicunt illi. Dñe: vt aperiant̄ oculi nři. Misertus autē eoz iesus tetigit oculos eozū. Et confestim viderunt: z secuti sunt eum. Caput. xxi.

A T cum appropinquasset hierosolymis z venissent betphage ad montē oliueti. Tunc iesus misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum qđ cōtra vos est: z statim inuenietis asinam alligatā z pullū cum ea: soluite z adducite mibi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite qđ dñs hīs opus habet: z cōfestim dimittet eos. Hoc autē factū est: vt adimpleretur qđ dictum est p̄ pp̄betā dicentē. Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi māsuētus: sedēs sup̄ asinā: z pullū filius subiugalis. Euntes autē discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus: z adduxerūt asinā z pullū: z imposuerunt super eos vestimēta sua: z eum de sup̄ sedere fecerunt. Multissima autem turba strauerunt vestimēta sua in via. Alij autē cedebāt ramos de arboribus: z sternebant in via. Turbe autē q̄ precedebant z q̄ sequebant̄ clamabāt dicētes. Sana filio dauid: benedictus qui venit in nomine dñi osanna ī altissimis. Et cum intrasset hierosolymā: cōmota est vniuersa ciuitas dicēs. Quis est hic? populi autem dicebant. Hic est iesus pp̄beta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in templū dei: z eiciebat omnes vendentes z emētes in tēplo: z mēsas nūmulariorum z cathedras vendētū colūbas evertit: z dixit eis.

Mattheum.

Scriptū est: domus mea domus orationis vocabitur: vos autē fecistis illam spelūcam latronū: et accesserūt ad eū cecī et claudī in tēpio et sanauit eos. Videntes autē principes sacerdotū et scribe mirabilia quā fecit: et pueros clamātes in templo et dicētes: osanna filio dauid: indignati sunt: et dixerūt ei. Audis quod isti dicunt? Iesus autē dixit eis. Vtiq; nūc legistis: quia ex ore infantū perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra ciuitates in bethaniā: ibiq; māsit. Mane autē reuertens i ciuitatē esuriit: et videns ficū arborem vnā secus viā venit ad eam: et nihil inuenit in ea nisi folia tantū: et ait illi. Nūc ex te fructus nascatur in sempiternum: et arefacta est cōtinuo ficulnea. Et videntes discipuli: mirati sunt dicentes. Quomodo continue aruit? Respondens autē iesus ait eis. Amen dico vobis: si habueritis fidez: et nō hesitaueritis: non solum de ficulnea facietis: sed et si monti huic dixeritis: tolle et iacta te in mare: fiet. Et omnia que cūq; petieritis in oratione credētes accipietis. Et cum venisset in tēplū accesserūt ad eum docentes principes sacerdotū et seniores populi dicētes. In qua potestate hec facis? et quis tibi dedit hanc potestātē? Respondens iesus: dixit eis. Interrogabo vos: et ego vnū sermonē: quē si dixeritis mihi: et ego vobis dicā in qua potestate hec facio. Baptis-
m? iohānis vnde erat: e celo: an ex hominib? Et illi

Euangeliū scđz

cogitabāt inter se dicentes. Si dixerim⁹ e celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi? Si autem dixerim⁹ ex hominib⁹: timem⁹ turbā. Quōmōdo enim habebāt iōānem sicut pphētā. Et respondentes iesu dixerūt. Nescimus. Et illis et ipse. Nec ego dico vobis in qua potestatz hec facio. Quid aut vobis videt⁹? Homo quidā habebat duos filios: et accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operari in vineaz meam. Ille aut respondens ait. Nolo. Postea aut penitēcia motus abiit. Accedens aut ad alterū dixit similiter. Et ille respondēs ait: eo dñe: et nō iuit. Quis ex duobus fecit voluntatē p̄ris? Dicunt ei. Primus. Dixit illis iesus. Amen dico vobis: q̄ publicani et meretrices precedēt vos in regno dei. Venit enim ad vos iōannes in via iusticie: et nō credidistis ei. Publicani autē et meretrices crediderūt ei: vos aut vidētes: nec penitentiā habuistis: postea vt crederetis ei. Aliam parabolā audite. Homo erat paterfamilias q̄ plantauit vineā: et septē circūdedit ei: et fodit in ea cocular: et edificauit turri: et locauit eā agricolis: et peregre p̄fect⁹ est. Quā aut tēpus fructuū appropiquasset: misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fructus ei⁹. Et agricole apprehēsis seruis ei⁹: aliū ceciderunt: aliū occiderunt: aliū vero lapidauerunt. Iterū misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autē misit ad

Mattheum.

eos filiū suū dicēs: verebunt̄ forte filiū meū. Agri-
 cole aut̄ vidētes filiū dixerūt itra se. Hic est heres:
 venite occidam⁹ eū ⁊ habebim⁹ hereditatem ei⁹.
 Et apprehensum eū eiecerūt extra vineam: ⁊ occi-
 derunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid fa-
 ciet agricolis illis? Rūunt illi. Dulos male p̄det
 ⁊ vineam suam locabit aliis agricolis qui reddāt
 ei fructum tēporib⁹ suis. Dicit illis iesus. Nunq̄
 legistis in scripturis. Lapidem quem reprobaue-
 runt edificantes hic est factus in caput anguli. A
 domino factus est istud: ⁊ est mirabile in oculis no-
 stris. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis re-
 gnum dei: ⁊ dabitur genti facienti fructus ei⁹. Et
 qui ceciderit super lapidem istum confringetur: su-
 per quē vero ceciderit: conteret eum. Et cum au-
 dissent principes sacerdotū ⁊ pharisei: parabolas
 eius cognouerunt q̄ de ipsis diceret. Et querens
 tes eum tenere timuerunt turbas: quoniam sicut
 prophetam eū habebant. Et respondens iesus di-
 xit: iterum in parabolis eis dicens. Caput. xxiij.

Imile factum est regnum celorum ho-
 s mini regi qui fecit nuptias filio suo. Et
 misit seruos suos vocare inuitatos ad nu-
 ptias: ⁊ nolebant venire. Iterum misit alios ser-
 uos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandiu⁹ me-
 um parauit: thauri mei ⁊ altilia occisa sunt: ⁊ om-
 nia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexe-

Euangeliū scđz

runt & abierunt: alius in villā suā: alius vero ad ne-
gotiationē suam. Reliqui vero tenuerunt seruos
eius: & contumelijs affectos: occiderunt. Rex autē
cum audisset iratus est: & missis exercitibus suis p̄di-
dit homicidas illos: & ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc
ait seruis suis. Nuptie quidē parate sunt: sed qui
inuitati erāt nō fuerunt digni. Ite ergō ad exitus
viarū: & quoscūq; inueneritis: uocate ad nuptias.
Et egressi serui eius in vias: congregauerunt om-
nes quos inuenerūt malos & bonos: & implete sunt
nuptie discumbētū. Intrauit autē rex vt videret
discumbētes: & vidit ibi hominē nō vestitum veste
nuptiali. Et ait illi. Amice: quomodo huc intraisti
nō habens vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc
dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedibus
eius: mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fle-
tus & stridor dentū. Multi autē sunt vocati: pau-
ci vero electi. Tūc abeūtes pharisei consiliuz in-
uenerunt vt caperent eum in sermone. Et mittūt ei
discipulos suos: cū herodianis dicentes. Magi-
ster scimus qz verax es & viam dei ī veritate doces.
& non est tibi cura de aliquo. Nō enim respicis p̄-
sonam hoīm. Dic ergo nobis quid tibi videt̄. Li-
cet cēsum dari cesari: aut nō? Cognita autē iesus
nequitia eorū ait. Quid me tēptatis hypocrite?
Ostendite mibi nūmisina census. At illi obtule-
runt ei denariū. Et ait illis iesus. Qui est ymago

Mattheum.

hec et superscriptio: Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quae sunt cesaris cesari: et quae sunt dei deo. Et audientes mirati sunt. et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum saducei: qui dicunt non esse resurrectionem: et interrogauerunt eum dicentes. Magister: moyses dixit si quis mortuus fuerit non habens filium: ut ducat frater eius uxorem illius et suscitetur semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: et primus uxore ducta defunctus est: et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius usque ad septimum. Nouissime autem omnium: et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor? Quia omnes enim habuerunt eam. Respondens autem iesus: ait illis. Erratis nescientes scripturas: neque virtutes dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur: sed erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente vobis. Ego sum deus abraham: et deus ysaac et deus iacob. Non est deus mortuorum sed viventium. Et audientes turba mirabantur in doctrina eius. Pharisei autem audientes quod silentium inposuisset saduceis conuenerunt in unum: et interrogauit eum unus ex eis legis doctor temptans eum. Magister: quod est mandatum magnum in lege? Ait illi iesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum man-

Euangelii scđz

datum. Secundū aut̄ simile est huic. Diliges pri-
mū tuū sicut teipsum. In his duobz mādat̄is: vni-
uersa lex pendet z pphete. **E**ōgregatis autē pha-
riseis: interrogauit eos iesus dicēs. Quid vobis
videt̄ de xp̄o: cuius fili⁹ est? Dicūt ei. David. **A**it
illis. Quomodo ergo david in spū vocat eum do-
minū dicēs. Dixit dñs dño mō: sede a d̄xtris meis:
donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorum:
Si ergo david vocat eum dñm: quomodo filius
ei⁹ est? Et nemo poterat ei respōdere verbū neqz
ausus fuit quisq̄ ex illa die eū āplius interrogare.

Tunc iesus locut⁹ ē ad turbas **C**aput. xxiij.
z ad discipulos suos dicēs: super cathedram
moysi sederūt scribe z pharisei. **O**mnia ergo que
cūqz dixerūt vobis: seruate z facite, secunduz opa
vero eoz nolite facere. Dicūt enī z nō faciūt. **A**lli-
gant aut̄ onera grauiā z importabilia: z imponūt
in humeros hoīm: digito aut̄ suo nolūt ea mouere.
Via vero opa sua faciūt vt videant̄ ab hominibz.
Dilatāt enī phylacteria sua: z magnificāt fimbrias
Amāt aut̄ primos recubūt in cenis: z primas ca-
thedras in synagogis: z salutationes in foro: z vo-
cari ab hoībuz rabbi. **G**los aut̄ nolite vocari rab-
bi. **U**nus est enī magister v̄r: oēs aut̄ vos fratres
estis. **E**t p̄rem nolite vocare vobis sup terrā: vnus
est enī pat̄ v̄r q̄ in celis est. **N**ec vocemini maḡi:
q̄ maḡister v̄r vn⁹ est xp̄s. **Q**ui maior est v̄r⁹ erit

Mattheum.

minister vſ. Qui aut se exaltauerit humiliabitur: et q se humiliauerit exaltabit. Ele aut vobis scribe et pharisei hypocrite: q clauditis regnu celoru ante hoies. Vos eni no intratis: nec introeuntes finitis intrare. Ele vobis scribe et pharisei hypocrite q comeditis domos viduaru: orationes longas orates: ppter hoc ampli accipietis iudiciuz. Ele vobis scribe et pharisei hypocrite: qui circuitis mare et arida: vt faciatis vnu pſelitu: et cu fuerit fact: faciatis eu filiu gebene duplo q vos. Ele vobis duces ceci: q dicitis: qui cuqz iurauerit per templu nihil est: q aut iurauerit in auro tēpli debitor est. Stulti et ceci. qd eni mai est: aurū: an tēplū qd sanctificat auruz? Et qcunqz iurauerit in altari nihil est: qcunqz aut iurauerit in dono qd est sup illud: debet. Ceci: qd eni mai est: donuz: an altare qd sanctificat donū? Qui ergo iurat i altari iurat in eo: et in oib q sup illud sunt. Et qcunqz iurauerit in tēplo iurat in illo et i eo q habitat in ipso. Et q iurat in celo iurat i throno dei et i eo q sedet sup eu. Ele vobis scribe et pharisei hypocrite q decimatis menta et anetu et ciminu: et reliqtis que grauiora sunt legis iudiciu: et misericordia: et fidem. Hec oportuit facere et illa no omittere. Duces ceci excolates calice: camelu aut glutietes. Ele vobis scribe et pharisei hypocrite: q mudatis qd d foris e calicis et papsidis: ut aut plei estis rapia et mudicia:

Euangeliū scđz

Pharisee cece: mūda prius qđ intus est calicis ⁊
parapsidis: vt fiat: ⁊ id quod de foris est mundū.

Ule vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: quia similes
estis sepulchris dealbatis: qđ a foris parent ho-
minibꝫ speciosa: intus vero plena sunt ossibꝫ mor-
tuorū ⁊ omni spurcitia. Sic ⁊ vos a foris quidem
paretis hoībus iusti: intus autē pleni estis hypocrī-
si ⁊ iniquitate. Ule vobis scribe ⁊ pharisei hypo-
cite: qui edificatis sepulchra pphetarū ⁊ ornatis
monumēta iustoz: ⁊ dicitis. Si fuisset in diebꝫ
patrū nr̄oz: nō essemus socij eorū in sanguine pro-
phetarū. Itaqꝫ testimonio estis vosmetipsis: quia
filij estis eoz qui pphetas occiderūt. Et vos imple-
te mensurā patrū vestrorū. Serpentes genimina
viperarum: quomodo fugietis a iudicio gebēne?
Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos prophe-
tas ⁊ sapiētes ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ cru-
cifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vr̄is:
⁊ psequimini de ciuitate in ciuitatem vt veniat sup
vos omnis sanguis iustus qđ effusus est sup terras
a sanguine abel iusti vsqꝫ ad sanguinē zacharie fi-
lij barachie: quē occidistis inter templū ⁊ altare.
Amē dico vobis venient hec omnia sup generatio-
nem istā. Hierusalē hierusalē: qđ occidis prophe-
tas ⁊ lapidas eos qđ ad te missi sunt: quotiēs volui
cōgregare filios tuos quē admodū gallina cōgre-
gat pullos suos sub alas: ⁊ noluisti. Ecce relique-

Mattheum.

tur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis non me videbitis a modo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. **Caput. xliii.**

Egressus iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius: ut ostenderent ei edificationes templi. Ipse autem respondens: dixit illis. Videtis hec omnia? **A**me dico vobis: non reliquetur hic lapis super lapidem: qui non destruat. Sedente autem eo super montem oliueti: accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt: et quod signum aduentus tui et consummationis seculi? **E**t respondens iesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes. Ego sum christus: et multos seducunt. Audituri enim estis prelia et opiniones preliorum: videte ne turbemini. **O**portet enim hec fieri: sed non dum est finis. **C**on surget enim gens in gentem: et regnum in regnum: et erunt pestilentie et fames et terremotus per loca. **H**ec autem omnia initia sunt dolorum. **T**unc tradet vos in tribulationem et occident vos et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. **E**t tunc scandalizabunt multi et inuicem tradent: et odio habebunt inuicem. **E**t multi pseudo prophete surgent: et seducunt multos: et quando abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. **Q**ui autem perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. **E**t predicabitur hoc euangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus: et tunc

Euangelium secundum Mattheum

veniet consummatio. Et tunc ergo videritis abominationem desolationis: quam dicta est a danielle propheta stare in loco sancto: qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes: et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua: et qui in agro non revertatur tollere tunicam suam. Ne autem pregnantibus et nutriendis in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. Erunt enim tunc tribulatio magna quam non fuit ab initio mundi usque modo: neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: non fieret salva omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic est christus aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudo christi et pseudo prophete: et dabunt signa magna et prodigia: ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixerit vobis ecce in deserto est: nolite exire: ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et perit usque in occidentem: ita erit et adventus filii hominis. Ubique fuerit corpus: illuc congregabuntur et aquile. Stant autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur: et luna non dabit lumen suum: et stelle cadent de celo: et virtutes celorum commovebuntur: et tunc parebit signum filii hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terre et videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et voce

Mattheum.

magna: et congregabunt electos eius a quattuor
 ventis: a summis celorum usque ad terminos eorum.
 Ab arbore autem ficis discite parabolam: cum iaz
 ramus eius tener fuerit et folia nata: scitis quia pro-
 pe est estas: ita et vos cum videritis hec omnia: scitote
 quia prope est in ianuis. Amen dico vobis: quia
 non preteribit generatio hec: donec omnia fiat. Celi
 et terra transibunt: verba autem mea non preteri-
 bunt. De die autem illa et hora nemo scit: neque angeli
 celorum: nisi pater solus. Sicut autem in diebus
 noe: ita erit et aduentus filii hominis. Sicut enim
 erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes
 nubentes et nuptui tradentes: usque ad eum diem
 quo intrauit noe in arcam: et non cognouerunt do-
 nec venit diluuium et tulit omnes: ita erit et aduen-
 tus filii hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus
 assumetur et vnus relinquetur. Due molentes in
 mola: vna assumetur: et vna relinquetur. Duo in le-
 cto vnus assumetur: et vnus relinquetur. Vigila-
 te ergo quia nescitis qua hora dominus vester ven-
 turus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret pater familias quae
 hora fur veniret esset: vigilaret utique et non finiret pro-
 fodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nesci-
 tis quae hora filius hominis veniret. Quis putas est fidelis
 seruus prudens: quem constituit dominus supra familiam suam
 ut det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus: quem cum venerit
 dominus eius: inuenit sic facientem. amen dico vobis quoniam super

Euangeliū scđz

omnia bona sua cōstituet eum. Si autē dixerit ma-
lus seruus ille in corde suo: morā facit dñs me? ve-
nire: et ceperit percutere cōseruos suos: et māducet
autem et bibat cū ebriosis: veniet dñs serui illius i
die qua nō sperat: et hora qua ignorat: et diuidet eū
partēqz eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus
et stridor dentium. Caput. xxv.

Tunc simile erit regnū celoz decem virginibus
busqz accipiētes lāpades suas: exierunt ob-
uiam spōso et spōse. Quinqz autē ex eis erāt fatue
et quinqz prudētes. Sed quinqz fatue acceptis lā-
padibus nō sumpserūt oleum secū. Prudētes ve-
ro acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadibz. Do-
ram autē faciente sponso dormitauerūt omnes et dor-
mierūt. Media autē nocte clamor factus est: ecce
spōsus venit: exite obuiā ei. Tunc surrexerūt om-
nes virgines ille: et ornauerunt lampades suas.
Fatue autē sapientibus dixerūt: date nobis d oleo
vō: qz lampades nre extinguunt. Responderunt
prudentes dicētes. Ne forte non sufficiat nobis et
vobis: ite potius ad vendētes et emite vobis. Quā-
tū autē irent emere: venit sponsus: et q parate erant in-
trauerūt cū eo ad nuptias: et clausa est ianua. Post-
uissime vero veniūt et reliq virgines dicentes. Do-
mie dñe: aperi nobis. At ille respōdens ait. Amē
dico vobis: nescio vos. Vigilate ergo: quia nesci-
tis diem neqz horā. Sicut enī homo peregre pro-

Mattheum:

ficiscens vocavit seruos suos et tradidit illis bona
 sua. Et vni dedit quinqz talēta: alij aut duo: alij ve
 ro vnū: vnicuiqz secundū ppriā virtutē: et pfectus
 est statim. Abijt aut qui quinqz talēta acceperat:
 et operat⁹ est in eis: et lucratus est alia quinqz. Si
 milit⁹ et q̄ duo acceperat: lucratus ē alia duo. Qui aut
 vnū acceperat: abiēs fodit in terrā: et abscōdit pecu
 niā domini sui. Post multum vero t̄pis venit dñs
 seruoꝝ illorū: et posuit rationē cū eis. Et accedens
 qui quinqz talenta acceperat: obtulit alia quinqz ta
 lenta dicēs. Dñe quinqz talēta tradidisti mihi: ec
 ce alia quinqz sup lucratus sum. Ait illi dñs eius:
 Euge serue bone et fidelis: qz sup pauca fuisti fide
 lis: sup multa te cōstituā: intra in gaudiū dñi tui.
 Accessit aut et q̄ duo talēta acceperat: et ait. Domine
 duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus
 sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis:
 qz sup pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā:
 intra in gaudiū dñi tui. Accedens aut et q̄ vnū ta
 lentū acceperat: ait. Dñe scio qz hō durus es metis
 vbi nō seminasti: et congregas vbi nō sparsisti: et ti
 mēsabi et abscōdi talentū tuū in terra. Ecce ha
 bes qd tuū est. Respondēs aut dñs eius dixit ei:
 Serue male et piger: sciebas qz meto vbi non se
 mino: et cōgrego vbi nō sparsi. oportuit ergo te
cōmittere pecuniā meā nūmularijs: et veniēs ego
recepissem vtiqz quod meum est: cum vsura. Tola

Euangeliū scōz

lite itaqz ab eo talentum: et date ei qui habet decē
talenta. **O**mnium enim habenti dabitur. et habūdas
bit: ei autem qui non habet: et quod videtur ha-
bere auferetur ab eo: et inutilem seruū ei cū in te-
nebras exteriores: illic erit fletus et stridor dētiuz.
Qum autē venerit filius hominis in maiestate sua et
omnes angeli cum eo: tūc sedebit super sedē maie-
statis sue: et congregabunt ante eum omnes gen-
tes: et separabit eos ab inuicē sicut pastor segregat
oues ab hedis. **E**t statuet oues quidem a dextris
hedos autem a sinistris. **T**ūc dicet rex his qui a de-
xtris eius erūt. **V**enite benedicti patris mei: possi-
dete paratū vobis regnū a constitutione mundi.
Esurui enim et dedistis mihi māducare. Sitiui: et
deditis mihi bibere. **H**ospes erā: et collegistis me
Nudus: et operuistis me. **I**nfirmus: et visitastis me.
In carcere erā: et venistis ad me. **T**unc responde-
bunt ei iusti dicentes. **D**omine quādo te vidimus
esurgentē: et pavim⁹ te: stientem: et dedim⁹ tibi po-
tum? **Q**uādo autē te vidimus hospite et collegim⁹
te: aut nudum et cooperuim⁹ te? **A**ut quādo te vis-
dimus infirmū aut in carcere: et venim⁹ ad te? **E**t
respondēs rex dicet illis. **A**men dico vobis: quā-
diu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mi-
hi fecistis. **T**ūc dicet et his q̄ a sinistris erūt. **D**isce-
dite a me maledicti in ignē eternū q̄ paratus ē dia-
bolo et angelis eius. **E**surui enī: et nō dedistis mi-

Mattheum.

hi māducare. Sitiui ⁊ nō ddistis mihi potū. Hos peserā ⁊ nō collegistis me. Inudus: ⁊ non operuistis me. Infirm⁹ ⁊ in carcere: ⁊ non visitastis me. Tūc respondebūt ei ⁊ ipsi dicentes. Dñe quando te vidim⁹ esurientē: aut sitientē: aut hospitē: aut nudum: aut infirmū: aut in carcere: ⁊ nō ministrauimus tibi? Tūc respōdebit illis dicēs. Amē dico vobis quādiu nō fecistis vni de minorib⁹ his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternū: iusti autem in vitam eternam. Caput. xxvj.

A factus est cū consumasset iesus sermones hos omnes: dixit discipulis suis. Scitis quia post biduū pascha fiet: ⁊ filius hoīs tradet̄ vt crucifigat̄. Tūc cōgregati sunt p̄cipes sacerdotū: ⁊ seniores populi in atriuū p̄ncipis sacerdotū qui dicebat̄ cayphas: ⁊ consiliū fecerunt vt iesum dolo tenerent ⁊ occiderēt. Dicebant aut̄. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cū aut̄ esset iesus in bethania in domo simonis leprosi: accessit ad eū mulier habens alabastrū vnguētī p̄ciosi: ⁊ effudit sup̄ caput ipsi⁹ recūbētis. Vidētes aut̄ discipuli indignati sunt dicētes. Est qđ p̄ditio hec? Potuit enī istud venūdari multo: ⁊ dari paupib⁹. Sciēs aut̄ iesus: ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Quod enī bonū opata ē i me. Nā sēp paupes hēbitis vobiscū: me aut̄ nō sēp hēbitis. Dicit̄ enī hec vnguētū hoc i corp⁹ meū ad sepe liēdū.

Euangeliū scđz

me fecit. **A**mē dico vobis: vbi cūq; p̄dicatū fuerit hoc euāgelīū in toto mūdo: dicet̄ z q̄ hec fecit i memoria ei⁹. **T**ūc abiit vnus de duodeci q̄ dicebat̄ iudas scarioth ad p̄cipes sacerdotum: z ait illis. **Q**uid vultis mibi dare: z ego vobis eum tradā? **A**t illi cōstituerūt ei triginta argēteos. **E**t exinde q̄ rebat oportunitatē vt eum traderet. **P**rima autē die azimoz accesserūt discipuli ad iesum: dicētes. **U**bi vis parem⁹ tibi comedere pascha? **A**t iesus dixit. **I**te in ciuitatē ad quendā z dicite ei. **M**agister dicit: tēpus meū p̄pe est: apud te facio pascha cū discipulis meis. **E**t fecerunt discipuli sicut cōstituit illis iesus: z parauerūt pascha. **V**espe autē facto: discūbebat cū duodecim discipulis suis. **E**t edentib⁹ illis: dixit. **A**mē dico vobis: qz vnus vtr̄z me traditur⁹ est. **E**t cōtristati valde ceperūt singuli dicere. **N**ūquid ego sum dñe? **A**t ipse respōdēs ait. **Q**ui intingit mecū manū in parapside: hic me tradet. **F**ilius quidē hoīs vadit sicut scriptum est de illo. **V**e autē homini illi: p̄ quē fili⁹ hoīs tradetur. **B**onū era tei: si natus nō fuisset hō ille. **R**espōdēs autē iudas q̄ tradidit eum: dixit. **N**ūquid ego sum rabbi? **A**t illi. **T**u dixisti. **E**nantib⁹ autē eis accepit iesus panē z benedixit: ac fregit: dedit qz discipulis suis z ait. **A**ccipite z comedite: hoc ē corpus meū. **E**t accipiēs calicez gr̄as egit z dedit illis dicens. **B**ibite ex hoc om̄es. **H**ic est enim san

Mattheum.

Quis me? noui testamēti: qui i p multis effundetur
 in remissionē peccatorū. Dico aut vobis: non bib
 bam amodo de hoc genimine vitis vsqz in diē illū:
 cū illud bibā vobiscū nouū in regno p̄ris mei. Et
 hymno dicto exierūt in mōtem oliueti. Tūc dicit il
 lis iesus. Omnes vos scādalum patiemini in me
 ista nocte. Scriptū est enī. Percutiā pastorem: z
 dispgent oves gregis. Postq̄ aut resurrexero: p̄
 cedam vos in galileā. Respōdens aut petrus ait
 illi. Et si omnes scandalizati fuerit in te: ego nunq̄
 scandalizabo. Ait illi iesus. A mē dico tibi: quia
 in hac nocte antequā gallus cātet: ter me negabis.
 Ait illi petrus. Etiā si oportuerit me mori tecum:
 nō te negabo. Similiter z omnes discipuli dixerūt.
 Tunc venit iesus cū illis in villā que d̄r gethsema
 ni. Et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec va
 dā illuc z orem. Et assumpto petro z duobz filiis
 zebedei: cepit cōtristari: z mestus esse. Tunc ait il
 lis. Tristis est aīa mea vsqz ad mortez. Sustinete
 hic z vigilate mecū. Et progressus pusillū: p̄cidit
 in faciē suā orans z dicens. Pater mi: si possibile
 est trāseat a me calix iste. Ueruntamē nō sicut ego
 volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos: z in
 uenit eos dormiētes: z dicit petro sic. Non potui
 stis vna hora vigilare mecū? Vigilate z orate: vt
 non intretis in tētationē. Spūs quidē promptus
 est: caro aut infirma. Iterū secundo abiit: z orauit

Euangeliū scđz

dicens. Pater mihi nō potest hic calix transire nisi bibā illum: fiat voluntas tua. et venit iterū: et inuenit eos dormiētes. Erant enī oculi eorū grauati. Et relictis illis: iterū abiit et orauit tertio eundez sermonē dicens. Tunc venit ad discipulos suos: et dixit illis. Dormite iā et requiescite. Ecce appropinquabit hora: et filius hoīs tradetur in manus peccatoruz. Surgite eamus. Ecce appropinquet qui me tradet. Adhuc eo loquēte: ecce iudas vnus de duodeci venit: et cum eo turba multa cū gladijs et fustibus missi a principibus sacerdotū et senioribus populi. Qui autē tradidit eum: dedit illis signū dicens. Quēcūqz osculatus fuero ipse est: tene te eum. Et confestim accedēs ad iesuz dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitqz illi iesus. Amice ad quid venisti? Tūc accesserūt et manus iniicerūt i iesum et tenuerunt eū. Et ecce vnus ex his qui erant cū iesu: extendēs manū exemit gladiuz suuz: et pcutiens seruū principis sacerdotuz: amputauit auriculā eius. Tūc ait illi iesus. Conuerte gladiū tuum in locū suū. Omnes enī qui acceperint gladiū: gladio peribūt. An putasqz nō possum rogare patrē meū: et exhibebit mihi modo plusqz duodeci legiones angelorū? Quomodo ergo implebuntur scripture? Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit iesus turbis. Tanqz ad latrones existis cum gladijs et fustibus comprehendere me. Quos

Mattheum.

tidie apud vos sedebam docēs in tēplo ⁊ nō me tenuistis. Hoc aut totum factum est: vt adimplerēt scripture pphetariū. Tūc discipuli omnes relicto eo fugerūt. At illi tenentes iesum: duxerūt ad caypham principem sac ⁊ dotuz: vbi scribe ⁊ seniores cōuenerāt. Petrus aut sequebatur eum a longe: vsqz in atriiū principis sacerdotum. Et ingressus intrō sedebat cum ministris: vt videret finē. Principes autem sacerdotum ⁊ omne conciliū q̄rebant falsum testimoniū contra iesum vt eum morti traderent: ⁊ nō inuenerūt: cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autē venerunt duo falsi testes: ⁊ dixerunt. Hic dixit. Possum destruere templum dei: ⁊ post triduiū reedificare illud. Et surgēs princeps sacerdotum: ait illi. Nihil respondes ad ea q̄ isti aduersum te testificant? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. A diuro te p deuz viuū vt tu dicas nobis si tu es xps filius dei. Dixit illis Iesus. Tu dixisti. Veruntamen dico vobis: a modo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei: ⁊ venientē in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nūc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur. At illi respondentes dixerūt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: et colaphis eum cederunt. Alij autem palmas

Euangeliū scđz

In faciē eius dederūt dicētes: pphetiza nobis xp̄e.
Quis est q̄ te percussit? Petrus vero sedebat foris
in atrio: et accessit ad eum vna ancilla dicens. Et tu
cū iesu galileo eras. Et ille negavit corā omnibus
dicens: nescio quid dicis. Exeunte aut̄ illo ianua: et
vidit eum alia ancilla: et ait his q̄ erant ibi. Et hic
erat cū iesu nazareno. Et iterū negavit cū iuramē-
to: qz non noui hoīem. Et post pusillū accesserunt
qui stabāt: et dixerunt petro. Vere et tu ex illis es.
Mā et loquella tua te manifestū facit. Tunc cepit
detestari et iurare: qz nō nouisset hoīem. Et conti-
nuo gallus cātavit. Et recordat̄ est petr̄ verbi iesu
qđ dixerat: priusq̄ gallus cāter me negabis.
Et egressus foras fleuit amare. Caput. xxvij.

Quāne aut̄ facto conciliū iniecerunt omnes pri-
cipes sacerdotū et seniores populi aduersus
iesum: vt eum morti traderent: et vinctū adduxerūt
eum et tradiderūt pōtio pilato p̄fidi. Tūc vidēs
iudas q̄ eum tradidit q̄ dānatus esset: penitentia
ductus: retulit triginta argenteos p̄cipibus sacer-
dotū et senioribus dicēs. Peccaui: tradēs sangui-
nem iustū. Et ille dixerūt. Quid ad nos? Tu vis
deris. Et p̄iectis argenteis in tēplo recessit: et abi-
ens laqueo se suspēdit. Principes aut̄ sacerdotū
acceptis argenteis dixerūt. Nō licet eos mittere i
corbanā: qz preciiū sanguinis est. Locilio aut̄ inito
emerunt ex illis agrū figuli in sepultura: peregrinā

Mattheum.

vel disputationi statue tecum prius non loqui nisi
requisitus et paucis.

Capitulum tertium.

Descerne apud te et firmiter observa ut nemo te
videat unquam ociosum sed vel orantem: vel legentem
seu scribentem aut manibus laborantem. Item cum fueris in

mēsa d̄ his q̄ tibi apponē̄t serua saltē vnū morfellū
d̄ tibi dulciorib⁹ paupi xp̄o etiā si scias nō paupi-
bus erogandū quia nō perdes tu mercedē tuam.
Itē cū de multis magnis sanctis nō fiat festū no-
ta dies quib⁹ migrarunt ad d̄m ⁊ dic offiū de eis
post officiū quod fit in choro. Itē post q̄ predica-
ueris vel aliud opus bonū feceris non q̄ras quo-
modo feceris ab his a quib⁹ scis te laudandū. Itē
in itinere aliquātulū vade discalcia⁹ saltem vnū
pedē ⁊ finge aliquid ne sentiaris. Itē si laboranti
tibi vt cuz predicas vel pedester incedis vel mēdi-
cas vel non comedis carnes. et huiusmodi p̄r men-
datij suggerat q̄ morieris vel infirmitatē incurres.
non credas sed memēto q̄ pro xp̄o illud facis: qui
est d̄s vite ⁊ mortis ⁊ si tibi expedit poterit suspē-
dere actionem nature ne tibi noceat. Item cogita
Hierō. Augu. Antoniū. Grego. Bernar. Uicē-
tiuz: ⁊ alios qui grauib⁹ ⁊ quotidianis afflictis la-
boribus super vixerūt multis sui temporis delica-
te ⁊ seculariter viuentibus. Item reminiscere q̄
secundū medicos exercitium tēperatū est lma vi-
te ⁊ quantūcūq; laboraueris nihil est in compara-
tione ad ea ad que teneris ⁊ ad ea q̄ sancti passi sūt.
Unde gregori⁹ facta precedentium pensemus et
grauia non sunt q̄ tolleramus ⁊ de magno labore
⁊ lassitudine per tres vel quattuor horas facillime
reparaberis ac si non laborasses: non cures igitur

~~para 7. hoya~~
audire

audire vocē mendacis q̄ fractis lagenis. hoc est
 mortificato corpe Bedeō adeptus est victoriā con-
 tra Dadian: vt dī Judic. vij. Itē qm̄ studio vel
 lectioni vel cuicunqz opi vacare vis pri⁹ leua mē-
 tem ad deū dicēdo. Illustra faciē tuaz sup seruum
 tuū deus meus illumina tenebras meas. Itē me-
 ditare deū tibi semp presentez cum angelis ⁊ noli
 incompositus esse vbicunqz sis ⁊ time coram deo
 tuo cogitare q̄ i p̄sentia hoīuz facere erubesceres.
 ¶ Ex quo scdm̄ aplm̄ nō sumus sufficientes cogi-
 tare aliquid ex nobis ⁊ scdm̄ theologos hō post la-
 psū sine speciali dei auxilio nō pōt bene velle mo-
 raliter qm̄ habueris aliquod bonū p̄positū ⁊ non
 impleueris illud crede te restitisse spūi sancto ⁊ fac
 conscientiam de eo in confessione quamuis non sit
 semper mortalis culpa.

¶ Capitulū quartū.

¶ It tibi semp iesus in corde: ⁊ imago crucifixi
 nūq̄ ab animo tuo recedat. cogita illum nūc
 positum in presepio p̄anis inuolutum ⁊ pre frigo-
 re vagientē. Nūc fugientem in egyptū nunc ex iti-
 nere vel predicatiōe fatigatum. ⁊c. Incedens stās
 seu sedens semp faciē hē deorsum: recolēs q̄ pul-
 vis es ⁊ in puluerē ibis ⁊ non āplius extendas vi-
 sum tuū nisi quantū statura iacentis crucifixi extē-
 dit ante te. ¶ Post cōpletōriuz caplm̄ tibi tene ⁊
 vocatis omnibus cogitatib⁹ ponerōnez diligēter

h

m a i a

quid ipso die cogitatione locutione ope vel omis-
sione deliquis. Consortia iuuenū et maxime illorum
qui imberbes sunt quātum conueniēter poteris: d-
vita et nulli oculos in facie figas. In festis precipu-
is aliquod precipuū obsequiū exhibe deo vel reci-
tando vel recolligēdo te. In sextis ferijs in memo-
riam passionis dñi aliquid specialis penitēcie fac
vel in cibo vel in potu: vel sumendo disciplinā. Quā-
quocūq; locut⁹ fueris labora ut in aliquo edifice-
a te ut dādo illi bonū aliquod cōsiliūz vel narrādo
illi aliquod edificatoriu. Nō interfeceris sine ad
patriā siue quouis hospitare semper in domo pau-
perū et tam ibi q̄ in quocunq; alio hospicio statim
moue q̄stionē de aliquo morali ut de ea omnes lo-
quant̄ et super ea occupent̄. Singulis diebus salti-
cursum mente reuolue vitam xp̄i ab eius incarna-
tione vsq; ad aduentū eius ad iudiciū et offer deo
animā et corpus tuū cogitatus verba opera et quic-
quid per te factum erit illo die et protestari mentes
tuam nō esse in aliquo vel minimo offendere deus
tuū: et q̄ ex tunc a nullas et cassas quicquid contra
deus suggerit tibi inimicus. et in festis da satisfā-
ctionez bonorū que ex grā dei egisti ab aliquo die
puta mēse vel āno pro animabus purgatorij scd̄z
maiorē vel minorem solēnitatem diei: quia hoc est
opus magne charitatis. Semper surge ad matu-
tinas vel saltem de nocte quia illa hora dum omnia

sunt in silētio ⁊ spūs est recollectus pater misericor-
diaz distribuit dona sua seruis suis. Satage vt ad-
impleas illud David. Semp lauseius i ore meo:
ideo frequentius ⁊ cōmunius verbum oris tui sit.

Benedictū sit dulcissimū nomē dñi nostri iesu
xpi ⁊ gloriosissime virginis marie matris eius in
eternuz ⁊ vltra amen. Benedictus sit deus meus.
Attēde q̄ teneris viuere ⁊ a domino pete ratio ⁊
iudicaberis : inquantū homo : inquantū xpian⁹ :
inquantū religiosus ⁊ sacerdos. **E**ū ingressus fue-
ris aliquem locuz prius vade ad ecclesiā q̄ ad alia
diuertas. Quando iter feceris : labora vt semp lo-
quaris : vel cū deo vel de deo ⁊ pete ab eo vt talē ti-
bi abiungat societate in via : ⁊ cui proficias ⁊ cum
qua ipse proficias. **S**cđm beatū Isidorū. Si
passio dñi ad memoriā reuocet̄ nihil ē qđ nō equo-
animo tolleret̄ ⁊ scđm Bonā ventu. nihil ita opat̄
in hoīe vniuersalē sc̄tificationē sicut frequēs medi-
tatio passionis xpi : ⁊ scđz Albertū. Simpler me-
ditatio passionis plus valet hoī q̄ si p̄ añū ieiunas-
ret i pane ⁊ aq̄ ⁊ quottidie flagellaret̄ vsqz ad effu-
sionē sanguinis vel si quottidie legeret totū psalte-
riū. Ideo omnium deuotionū optima est quottidie
recollecto spū vitam ⁊ passionem dñi mente reuol-
uere. Et scio ego viruz ordinis nr̄i q̄ quottidie me-
ditat̄ vitam xp̄ia casu angeloz ⁊ incarnatione dñi

vsqz ad aduentum eius ad iudicium. Quo facto
concludit. Misere nri iesu benigne qui passus
es clemēter p nobis. tue dñe maiestati offero aiaz
z corpus meū cogitatusz desideria verba z opera
omnia dñe dirige ad te z si quid contra tua pcepta
ex mea fragilitate vel demonis malicia se obtulerit
ex nūc illud casto: z prestoz non esse mētis mee i
illud cōsentire nisi plena deliberatione z trina sup
illo cogitauero z ad tui gliaz z dñe mee benedictis
sime matris tue: z bti ioseph: z bti Pauli: z beate
magdalene z bti dñici. et talis z talis sc̄ti cuius hodie
festū fit. do pro aiab? purgatorij. quicquid cōsecu
tus sum satisfactionis ex oibus opibus in tua grā
factis a tali die vsqz ad hāc: z cōcede vt ipse apud
tuā clementiā intercedentes impetrēt mihi pfun
dissimā cordis mei humilitatem: plenaz z intēsam
fidem de te z pfectā conformitatē ad tuā iustissimā
voluntatē z vt facias me verū z integrū seruū tuū:
z talē qualē me vis. ¶ **Q**z euent? sequens actum
moralē si sit intētus auget meritū vel demeritū in
tende actualiter quicquid pōt sequi ex bonis acti
bus tuis: directe vel indirecte: per se vel per acci
dens: etiā occasionaliter z sic totū tibi imputabit
ad coronā. Ambrosi?. Plus dñe debeo iniurijs
tuis quibus redēptus suz q̄ tuis virtutibus. quibus
creatus sum. Nō enī hoc prodesset nisi redē
ptus fuissē. Bernar. Sup omnia redde mibi

amabilem bone iesu calix quem bibisti opus nostre re-
demptionis: hoc omnino amorem nostrum sibi vendi-
cat: hoc deuotionem nostram blandius allicit: iusti? exigit.
Die creditur de quocumque deuoto ad passionem
domini: vel ad beatissimam virginem: vel ad fideles qui
sunt in purgatorio: vel ad beatam magdalenam qui
non peribit. Ideo valde securus est quotidie ali-
quod speciale obsequium ad hoc exhibere. Et si vel-
lis dicere in rosario omnia ista includuntur: quod di-
uiditur in tres quinquagenas. In prima dicenda
sunt. I. aue maria et v. pater noster ad gloriam quinque
mysteriorum gaudiosorum: videlicet. Incarnationis
domini. Visitationis ad helisabeth. Natiuitatis domini
Adorationis regum. Presentationis in templo. et re-
pertionis eius post triduum. In secunda quinquagena
dicenda sunt totidem aue maria et pater noster:
in memoriam quinque mysteriorum dolorosorum: videlicet.
Orationis in horto: ubi preangustia sudauit san-
guinem. Flagellationis ad columnam. Coronationis
ex spinis. Seditationis ad crucem et crucifixionis.
In tertia quinquagena alia quinquaginta aue ma-
ria et quinque pater noster ad quinque gloriosa myste-
ria que sunt. Resurrectio domini. Ascensio. Missio
spiritus sancti. Assumptio beate virginis: et eius cor-
ronatio in celis super omnes puras creaturas.
Augustinus. Quantum quis deum diligit: tantus
portat pro eo. Laus deo.

Epilogus

Epilogus vite xpi: quem
omnis xpian⁹ mente discere deberet.



Contēplare q̄ bea
ti spiritus scientes hominem fu
isse creatum p̄ preparatione rui
ne angeloz: videntes a produ
ctione hominis fluxisse quinqz
mille ⁊ centū ⁊ nonaginta ⁊ no
nem ānos ⁊ nullū ascendisse ad celū sed omnes ad
tartara descendere: omnes simul cōgregati veni
unt corā sanctissima trinitate ⁊ cū omni reuerentia
dicunt. Usqz quo dñe obliuisceris in finem: vsqz
quo auertis faciē tuā ab homine: nūquid vane cō
stituisti filios hominū: **O**pera manū tuarum ne
despicias. **R**ogita etiā suspiria sanctoz patrum in
limbo ⁊ gemitus expectantiū redemptionē a dño.
Quibus pijsimus de⁹ condescendens decreuit
mittere filiu⁹ vt satisfaceret pro nobis ⁊ iter nobis
vite ostēderet: quā legationē beato **G**abrieli com
missit. **H**ic contēplare quātū gauisi sunt angeli d̄
hoc ⁊ quot gr̄as deo pro tāta misericordia egerūt
⁊ quātū gratulati sunt gabrieli p̄ tā honorifico of
ficio ⁊ ambasiata. **C**ontēplare etiā quantū nos de
bem⁹ cauere peccare ⁊ quātū malū sit peccatū qđ
deus sic abhorruit vt in ei⁹ penā excellentissimus

Vite christi.

angelorum lucifer de celo eiectus sit et factus demō.
Hō omni munere grē naturalis et gratuite dotatus
expulsus a paradiso: totū humanū genus dānatus
ad mortē et infernū. Et deus vnicū filiū suū ob des-
truendū peccatū mortī acerbissime tradiderit: qui
nō pepercit filio: angelo: et hōi primo: nūquid par-
cet ceno fetido si penitētiā non egerit?

Gabriel igitur profectus venit ad virginem des-
ponsatā ioseph: quā in cella inuenit orantes cui ait.
Aue grā plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus.
Quācumque vidisset pre magnitudine nunciū et
salutationis turbari: dixit. Ne timeas maria: inue-
nisti grām apud dñs: ecce concipies in vtero filium
dei. Dicunt doctores qd beata virgo quādo ingres-
sus est angelus: legebat pphetiam esaie. Ecce vir-
go cōcipiet et pariet filiū. etc. Et flexis genibus con-
templabat maximā dignitatez virginis quā deus
in matrē electurus erat: et orabat dicens. Cōserua
dñe oculos meos vt tam sanctā feminā videā: quis
dabit mihi vt digna sim tāte virginī ancillari et si-
milia. Tūc ait maria. Quomō fiet istud. Ad qd
angelus. Ego nescio modū. Scio tñ qd hoc est possi-
bile deo. Spūs sanctus supueniet in te: ipse exponet
tibi. Tūc btā virgo flexis genibus lachrymis pre
gaudio et deuotione subortis respōdit. Ecce ancil-
la dñi. etc. Et statim intra viscera virginis verbuz ca-
ro factū est et credo angelū adorasse dñm humana

Epilogus

rum: dicēs. Gloria tibi domine qui nat⁹ es in virgine.
¶ Post hec cōtēplare visitationē marie ad heli-
sabeth: turbationē ioseph. cui⁹ vidit virginez pre-
gnantē ⁊ ne sciebat mysteriū. iter virginis ⁊ ioseph
ad bethleē. natiuitatē xp̄i. iubilationē angelorū cā-
tantū Gloria in excelsis deo: exultationē pastorum
circa presepe: vagit⁹ infantis pre frigore: circunci-
sionē eius octauo die: aduentū regū ⁊ adorationē.
occisionē sanctorū innocentū: presentationē xp̄i in
templo: ⁊ occursum ane ⁊ simeonis. amissionē pue-
ri iesu: ⁊ inuentionē inter doctores in tēplo: fugā
ad egyptū: baptismationē a ioāne: ⁊ apertionez celi: et
vocē patris: ostensionē dñi a ioanne dicente. Ecce
agnus dei. ieiuniū xp̄i in deserto: ⁊ tēptationem et
ministerium angelorū: cōuersionē aque in vinum.
vocationē discipulorū: loquelā cum samaritana: ta-
stigationē eius ex itinere. discursum xp̄i quottidia-
num ad euāgelizādū p vicos ⁊ castella. discipulos
fricātes spicas pre fame. sanationē cananee ⁊ ceci-
a natiuitate. suscitationē lazari. cōuersionē magda-
lene. sitim diritis in inferno ⁊ colloctionem cum
abrahā sup lazaro. turbas sequentes dñm in deser-
tum quas de quibz panib⁹ faciauit. cenā cum disci-
pulis ⁊ institutionē eucharistie. lotionem pedum.
orationē xp̄i in hortu vbi ⁊ sudauit sanguinē: apo-
stolos dormiētes quos dñs excitauit. transfigura-
tionem dñi. iudeos cū armatis cadentes in terram

Vite christi.

ad vocē xpī dicētis. Ego sum: comprehensionem
ei? sputa: colaphos: abscionē auricule malchi a pe-
tro: et sanationē a xpō. presentationē ante annam et
caiphā. et faciē in quā desiderāt angeli respicere li-
uidā ex alapis: os et dētes manātes sanguine. accu-
sationē corā pilato. deuolutionē eius ad herodez: il-
lusionē eius cū veste purpurea. denudationē eius
vt flagellaret: ligationē eius ad colūnam. negatio-
nē petri: cōuersionem ei? ad penitentiā ex aspectu
xpī: coronationē ex spinis. tristitia beate virginis cū
audiuit filiū eius captū. petitionē barrabe ad vitā
et dñi nrī ad crucem. baiulationē crucis: et prepon-
dere et angustia dñm cū ea cadentē. obuiationē cū
matre et sanctis mulieribus cū traheretur ad mor-
tem. Nota qd bis passus est dñs maximā verecun-
diā: qñ fuit denudatus ad flagella: et quādo ad cru-
cifixionē corā omni populo sublatis etiā femoralibus.
denudationē ei? et extensionē manū et pedū
eius sup crucē. cōmēdationē virginis ioāni: et alia
verba xpī in cruce. bonū latronez cōfitentem xp̄m.
solem et lunā eclipsatos: terrā timentē. militē cū
lancea aperientē latus. depositionē a cruce: et reclis-
nationē eius sup sinus virginis. positionem in sep-
ulchro. lachrymas magdalene. Logita tormenta
martyrū: labores confessorū: puritatē virginū. sur-
rectionē dñi. apparitionē beatissime matri et ma-
gdalene et sc̄tis mulieribus: petro et aplis vndeciz et

Chronica

duobus discipulis euntibus in Emaus. Et postea
thome: ascensionē dñi: aduentū spūs sancti sup domi
nam ⁊ discipulos. assumptionē virginis: ⁊ corona
tionē ei⁹ sup omnes puras creaturas. aduentū ad
iudiciū: ineffabilia solatia beatorū que nobis cōce
dat dominus in secula seculorum. Amen.

Chronica breuis ⁊ genera lis ordinis predicatorum.

G Dementote quomodo salui facti
sunt p̄res n̄ri. Primo **D**achabe. iij.



Ano salutis Mil
lesimo ducētesimo tertio tēpore
Innocētij. iij. beat⁹ dñicus ordi
nis predicatorū magister ⁊ insti
tutor primus: natione hispan⁹
vir sciētia dei plen⁹ cepit ordinē
predicatorū mente concipere in partibus tholosan
nis vbi cum paucis sibi adherētibus in indefessa cō
tinuatione predicationis ⁊ ipugnatione hereticorū
per decē annos p̄māsit. Quo tēpore vidēs sanct⁹
dei nobiles aliquos egestate compulsos tradere
filias suas hereticis nutriēdas instituit monasteriū
d̄ puliano ad earū receptionē. Ep̄o autē tholosano

Ordinis predicatorū.

ad conciliū generale proficente iuit cum eo vir dei
dñicus: et a dño papa Innocentio cōfirmationem
ordinis predicatorū petijt: sed tñc nō plene obtinuit.
Eo tempore orāti beato dñico in ecclesia sancti
Petri: apparuerunt beatissimi apostoli petrus et
Paulus: quorū beat⁹ petrus baculūz beat⁹ vero
Paulus librum porrigebat: dicentes. Glade et
predica quia ad hoc electus es. Defuncto autē in
nocentio. iij. ordo confirmatus est ab Honorio. iij.
āno dñi. D. cc. xvj. in crastino sancti Thome apo
stoli. Utebatur aut tunc tps sanctus dominicus
et socij eius pro habitu superpellicijs ad modū ca
nonicorum regulariū. in ipso aut anno cōfirmatio
nis ingressus est ordinem magister Reginaldus:
cui grauer infirmati et a medicis desperato appa
ruit beata virgo te um saluari vncione vnguens
subito sanauit et ostenso scapulari qđ modo gestas
mus ait. en habit⁹ ordinis tui: et ex tunc fratres vsi
sunt habitu quē frat⁹ reginaldus viderat. De hoc
habitu abbas Joachi fioriacēsis ordinis institus
tor pphetauit. Nā ipsuz i quodā sui ordinis mōas
terio in Calabria et in ecclia scti marci de venetijs
depixit dicēs: cito surget i ecclia nou⁹ ordo docētū
vita et doctrina. Habebat aut tñc tps beatus do
minic⁹ paucissimos fratres: quos p totū orbē dis
persit grā pdicationis. Et qz hereticoz pfidia mul
tū iualescebat: instituit ordinē catholicozū laicozūz

Chronica

ad hereticorum armis arcendam audaciam quos fratres de militia iesu xpi appellauit quorum professio erat iurare quod omnia bona et vitam corporalem pro fide xpi exponerent: et ut eorum uxores eos non impedirent: faciebat eas iurare quod in negotiis fidei maritos non impedirent et ut ab alijs distinguerentur tam uiris quam uxoribus habitum albu et nigrum contulit et eis certum numerum orationum indixit aduersus ieiunijs et abstinentijs. Hic ordo iam non de militia sed de penitentia beati dominici dicitur et gaudet eisdem priuilegijs quibus fratres predicatorum et ab Innocentio septimo est confirmatus et ita tres ordines instituit beatus dominicus ad honorem sanctissime trinitatis. Usque a deo autem uir dei dominicus contra hereticos inualuit quod in canonizatione eius probatum est plusquam centum millia hereticorum pro doctrina eius et bone conuersationis exemplum ad fidem fuisse conuersos.

Capitulum secundum.

Anno domini. M. cc. xviii. data est domini sancti iacobi fratribus predicatoribus parisijs in qua multi et magni uiri ordinem sunt ingressi. Anno domini. M. cc. xix. missus est parisijs frater reginaldus ubi post multum populum domino acquisitum uerbo et exemplo obdormiuit in domino sepultus in ecclesia sancte marie de campis: quia fratres predicatorum non dum ibi ius sepulture habebant: hic beatus homo

Ordinis predicatorū.

fratrē iordanū qui fuit vnus de primis patribus ordinis parisijs ad ordinē recepit cum esset sacre theologie bachalarius. Anno dñi. **D**.cc.xx. celebratū est bononie primū capl'm generale: et āno sequēti celebratum est ibidem scđm capl'm generale in quo ordinatū est nequas possessiones ordo haberet. Et frater iordanus factus est puitialis lombardie adhuc nouitius: et erat iam in ordine. lx. cōuentus fundati. Anno aut quinto a cōfirmatione ordinis obiit beatus dñicus bononie quinta die augusti: quē sepeliuit reuerēdissim⁹ cardinalis **H**ugolin⁹ qui tūc erat in lōbardia legatus qui fact⁹ postea summus pōtifer dictus est **G**regorius. ix. hic magno virū dei venerabatur affectu. aderat enī quī coram tota roma neapoleonē iuuenē generosum suscitauerat. Illo tempe statuta est solēnis processio que vsqz ad presens post cōpletorium vbiqz in ordine fit. Per antiphana salue regina cui⁹ institutionis vna causa fuit quia qđdam frater bernardus bononie demoniacus multū vexabat fratres et ibi p̄mō cepit hec deuotio. et p̄pter hoc obsequiū beata virgo reuelauit cuidā sancto viro se impetrasse a dño vt nullus diu in habitu ordinis perseueret immortalis sed q̄ aut penitebit d̄ peccato aut dimittet habitum: post modicū temp⁹ frat̄ paul⁹ vngar⁹ missus est vngariā ad predicandū vbi magnū fructum fecit et inde missit aliquos fratres predicare cumanis

Chronica

qui nullā dei noticiam habebant: e quibꝫ duo mar-
tyrio sunt coronati alij in predicatione p̄seuerātes
duces terre ⁊ populum cōuerterunt ⁊ conuentus
fecerunt: post aliquātulum vero temporis tartari
illuc aduenientes circiter nonaginta fratres simul
per palmā martyrii ad regna celestia transmiserūt
sed post tartarorū expulsionē alij fratres missi mul-
ta milia ex eis conuerterūt ⁊ baptizarunt. Itē mis-
si sunt ī dalmatiā a domino papa multi fratres vbi
multis hereticis ad fidem cōuersis aliqui fratres
martyrio sunt coronati: ⁊ duo p̄uentus ordinis ibi
cremati: similiter ad partes trāsmarinas multi fra-
tres missi sunt ad predicandū sarracenis ex quibꝫ
multi sunt martirizati inter quos fuit q̄dam epis-
copus cum quattuor socijs: ⁊ frater Guido vir san-
ctus cum vno socio.

Capitulum tertium.

Anno domini. **D.**cc. xxij. electꝫ est frater ior-
danus theutonicus de p̄uintia saxonie in se-
cundū magistrū ordinis in capitulo generali pari-
sius celebrato. Hic pater sanctus mirabiliter au-
xit ordinē nam plusqꝫ mille fratres manu propria
ad ordinem induit: migravit autem ad christū an-
no domini. **D.**cc. xxxvj. duodecima die februarij
multis coruscās miraculis. Anno. xij. a transitu
beati dominici ascriptus est ipse sanctus pater ca-
thologo sanctorū a Gregorio nono qui tale d̄ ipso

Ordinis predicatorum.

perhibuit testimonium dicens: ita dubito de sanctitate huius sancti: sicut de sanctitate apostolorum beatissimorum petri et pauli. Scripsit autem beatus Jordanus super apocalipsim et plura alia. Beatus autem dominicus scripsit super epistolas et opuscula multa contra hereticos.

Capitulum quartum.

Anno domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo: electus est in magistrum ordinis fratrum Raimundus cathalanus barchinonensis absens a capitulo. hic fuit a domino Gregorio nono accersitus romam et penitentiarius institutus et confessor pape et advocatus et expeditor causarum pauperum. hic de mandato pape decretales in unum compilavit: qui nunquam carnes in curia multis annis existens comedit et statuta ordinis servavit. hic sanctus pater multis claruit miraculis in vita et in morte et pro benevolentiam ordinis curam gessit. hic constitutiones ordinis in duas distinctiones diuisit: et summam de casibus composuit et tandem in capitulo generali parisiensi generaliter cessit unde non modica turbatio orta est: et ex tunc statutum est in ordine ut cessio magistri non admittatur nisi ex magna causa. vixit autem post hanc cessionem in conventu barchinonensi. xxxv. annis. Et anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto in festo epiphanie multis claris prodigijs ibi obiit.

Capitulum quintum.

Chronica

Anno. **D.**cc. xli. post cessionem magistri rai-
mundi electus est in magistrum ordinis fratrum iohannes theutonicus quondam episcopus vosinensis: qui impetravit
cessionem ab episcopo nulla sibi punctione retenta: post
modum effectus punitialis lombardie eligitur in magistrum
cumque nollet acceptare allegatas exceptiones episcopi
ostensa est sibi littera domini pape Grego. ix. quam propter
ipsum fratres impetraverant qua ipse totaliter obie
ordinis supponebat et postquam per. xli. annos cum di-
midio gloriosissime ordinem rexisset multis claris mira-
culis migravit ad dominum: huius tempore martyrio coro-
nati sunt fratres guilielmus arnaldi inquisitor heretice
pravitatis et duo alii et miraculis claruerunt. et a
domino Innocentio. iiii. factus est primus cardinalis or-
dinis fratrum Hugo de sancto theodorico punitialis
fracie: qui fuit primus postillator totius biblie: scripsit
etiam super inias et speculum ecclesie edidit. hic cum
omnes postillatores videret ipse seipsum in psalterio et
esaya et in euangelis superavit. Fuerunt autem a principio
nascetis ecclesie multi sancti viri in terra sancta et in monte
carmelo asperrime degentes qui ad dominum innocentium
quartum venientes impetrarunt quod regula eorum quam ni-
mis grauis erat temperaretur: quod negocius sumus
pontifex predicto Hugoni et fratri guillelmo episcopo
antatanensi ordinis predicatorum commisit quod regulam
quam nunc profitentur scripserunt. Per idem tempus passus
est ab hereticis frater potianus hispanus inquisitor

hereticus

Ordinis predicatorū.

heretice prauitatis apud vigeluz cathalonie ciuitate z ibi est sepultus in ecclesia cathedrali multis claris miraculis. Anno xpi. **D.**cc.lij. frater petrus veronensis heretice prauitatis inquisitor ab hereticis martyrio coronatus est. hic pater beatissimus a teneris anis fide defendens ordinem predicatorum est ingressus z magnis decoratus virtutibus z prodigijs verbum vite per totam italiam cum mirabili gratia z fructu disseminans ac virgo permanens: nullius usque mortalis criminis fedatus macula tandem tribus decoratus coronis celum ascendit: qui cum ab infidelibus diris ictibus transfigeretur: tictis in proprio sanguine digitis pro calamo super scapulari fidei per quam patiebatur: credo. s. in deum scripsit. Passus est cum eo quidam frater dominicus. Et nota quod sancti ordinis nostri videlicet beatus pater dominicus. beatus petrus martyr. beatus thomas. beatus vincetius. beatus antoninus z beata catherina omnes in octidua baptismale conseruauerunt.

Capitulum. vi.

Anno vite. **D.**cc. liiij. mortuo magistro iohanne electus est in magistrum ordinis frater **A**mbertus puitialis tunc francie natione burgundus cunctis existens religionis exemplar z imago. hoc tempore quidam canonicus masticonensis guilielmus de sancto amore: magnum libellum contra medicantes fecit: z in octiduo. iij. porrexit quo perbare nitebantur fratribus mendicantibus non licere medicare unde per

Chronica

motus papa terribile preceptus contra mendicantes
fulminavit precipiens sub pena excommunicationis
ne in dñicis vel festis parrochianos in suis ecclesijs
ad diuina admitterent nec in ecclesijs suis antemissa
rū solēnia predicarent. His angustijs vexati fra-
tres statuerunt. ps. penitētie cum letania post. ma-
tutinas dicere: nec mora a patre misericordiarū ex-
auditi sunt. Nam predictus canonicus a magro
umberto rome citatus ab Alberto magno mira-
biliter in publica disputatione cōfusus coram ale-
xandro papa quarto tanq̄ hereticus est dānatus et
beneficijs priuatus combusto dicto libello. Inno-
centius etiā neapoli grauius infirmatus cognos-
cens se male egisse religiosos molestādo dixit. pro-
pter iniquitatē corripuisti hominem et tabescere fe-
cisti animā eius: quibus dictis expirauit. cui succe-
dit Alexander quartus et predicta contra religio-
sos reuocauit insuper et magnis gratijs religiosos
affecit. Quo tempore cardinales et prelati in sola-
tio dicebāt: caute a letanijs fratrum predicatorum
quā mirabilia faciunt. Circa hec tempora claruit
in hispania frater Petrus gundisaluus confes-
sor sancti regis Ferdinandi qui hispania a sarrace-
nis et multam partem hispanie liberauit. cui predi-
xit dicte ciuitatis captionem et dimisso rege ubiq̄
euangelizando maxime per mōtana tandē plenus
dierum et virtutū obiit multis claris miraculis.

Ordinis predicatorū.

Per idē tempus floruit beatus pater alius qui successit dicto beato Petro in audientia confessionis sancti regis et capta hispani illius sedis primus fuit presul. Eodem etiā tempore creditur floruisse frater Petrus hispanus auctor sumularum logicarum sanctus homo et in artibus doctissimus qui camore in cōuentu ordinis sepultus est. In portugalia etiam magni viri et vita et scientia ac miraculis claruerūt. Hoc tēpore etiā floruit frater Guillelmus peralta vienēsis vir sanctus: qui sumā de vitiis et virtutibus fecit et sermones et multa alia utilissima. Et nota quod eisdē fere diebus ordo noster maxime decoratus est his viris: frater umberto magistro ordinis: fratre hugone cardinali: fratre guillielmo peralta: fratre vicētio beluacensi: fratre iacobo de voragine: fratre alberto magno: et sancto Thoma qui omnes eodē tpe florentes ita ut vix discerni possit quis alterū precessit ad eo vnanimiter scripserūt ut nec in minimo dissonare adinuicē videant et inter ecclesiasticos scriptores i dubie primatū tenēt.

Capitulum. vii.

Anno gratie. M. cc. lx. floruit beatus albertus magnus natione sueuus qui fuit provincialis theutōie et postea ep̄s ratisponēsis. hic a beatā virginē tāta ē dotatus gr̄a i speculādis naturalib⁹ ut sil'i careat. Et deposito ep̄atus onere p̄ ānos. xviii. legēdo et predicādo gratiosissime perseveravit. Quot

Chronica

tidie psalterium totū dicebat: locum sepulchri sui
quottidie visitās officia pro se ac si esset defunctus
dicebat: ad beatissimā virginē plurimū deuot⁹ se-
quētiās eius q̄ in sabbatis dicunt cū cantu dicta-
uit. Et dū cōponeret sequentiā de assumptione ei⁹
que incipit. Salue mater saluatoris. et venisset ad
versum. Salue mat⁹ pietatis. parū substitit ⁊ deli-
berans quid scriberet: subito scripsit ⁊ totius trini-
tatis nobile tricliniū. Beatissima virgo ei appa-
rens dixit. Hās tibi ago bone Alberte quia tali
me salutatione salutasti: quali ab alio prius nō su-
salutata. Scripsit autē innumerabilia. Per triēniū
autem ante mortem in magna simplicitate soli deo
in oratione ⁊ cōtemplatione vacauit nihil de eis q̄
religionis sunt pretermittēs. Obijt autem quita
die post festum scti martini: cuius glia inestimabi-
lis multis sctis viris est ostensa ⁊ post multum tē-
pus corpus eius gloriosum incorruptū est inuētū
⁊ genu flexum prout viuens orare solebat. Eadem
tempestate floruit frater vicentius beluacēsis qui
infinitos pene scripsit libros: ⁊ per utiles sancto
Ludouico francozū rege ei libros ministrāte.

Capitulum. vii.

Anno dñi. D. cc. lxiij. magister Ambertus
magisterio cessit postq̄ ordinem laudabilis-
sime rexisset nouē ⁊ ānis ⁊ supuixit ānis. xi. obiitq̄
plenus bonis opibus in cōuentu valentino puin⁹

Ordinis predicatorum.

tie puitie. Hic p̄ictus multo p̄clara scripsit z me-
rito religiōis exemplar z ceremoniarū pater cōmu-
niter dicit̄. Anno gr̄e. **D.**cc.lxiiij. electus est in
magistrū ordinis frater Joānes de vercellis pro-
uincialis lōbardie vir sanctus z magne prudentie
qui totum ordinē pedester cū baculo visitauit: qui
vt certius mores fratrum exploraret. Superuenie-
bat conuentibus incognitus z diligēter attēdebat
qualiter religio seruaret̄: vnde cū semel ad quēdā
conuentū famosum cū socio venisset dimissis alijs
fratribus extra ciuitatē: quesitus vnde essent res-
pōdit: fratres lōbaridi sumus z quia in refectorio
iam fratres erāt nō curauit prior eis preparari hos-
piciū sed ait seruitori. para illis lombardis in vlti-
mo loco illius mense. Quo facto cū male essent p-
curati: videns magister q̄ prior: z alij fratres ha-
berent bonos pisces: vocato seruitori ait illi. Bo-
ne frater dic priori q̄ placeat ei dare nobis de pisci-
bus quia lassī sumus z ieiunamus. Quo audito
prior alta voce clamauit non habem⁹ pisces p̄ lō-
bardis. Finito p̄dicio cuz fratres gratias agerent
socij magistri veniūt ad conuentū z cum interroga-
rentur qui essent: responderūt: socij sumus reueren-
dissimi magistri ordinis. Et illi vbi ē inquiūt. quis
bus socij magistri: nunquid nō venit ad vos vnus
pater antiquus cū baculo z vno socio. cōsternati il-
li z verecundia z confusione repleti quid agerent

Chronica

nesciebant. Tunc magister iussit pulsari ad capitulum
et ingressus capitulum accepit pro themate. **N**on habemus
piscis pro lombardis: et increpata durissime
me inhumanitate prioris et fratrum ipsum facta visi-
tatione absoluit et conuictus in melius reformauit.
Hic optimus patris ordinis sanctissime viginti annis
rexit et cum esset ultra montes: electus est in papam sed
antequam electio fuisset sibi presentata apud montem
pesulanum: diem clausit extremum. anno domini
Millesimo ducentesimo octuagesimo tertio.

Capitulum. ix.

Tempore magistri Umberti et fratris iohan-
nis predicti floruit diuinus Thomas de aqua
no qui infra annos pubertatis ordinem ingressus nullis
parentum blanditijs nec minis ab ordinis proposito
mutari potuit et missus coloniam ad studendum sub
magistro Alberto magno totus deuotus studiosus
et taciturnus nec die nec nocte choros neglexit: cibus
ordinis in refectorio semper contentus. deinde missus
parisius cum esset. xxx. annorum factus est magister
in theologia. Scripsit autem innumera opuscula. et
de mandato Urbani pape quarti cathenam au-
ream super euangelia dictauit et cum pro premio la-
boris episcopatum ei papa obtulisset noluit accepta-
re. sed orauit eundem ut festum corporis christi insti-
tueret ad laudem christi et ad recompensationem
sui laboris quod et factum est et officium mirabile

Ordinis predicatorum.

quod per vniuersalē ecclesiaz de corpore xpi fit ab ipso sancto doctore dictatum est: vnde festum illud beati thome festum et fratrum predicatorum vere dici potest. Tempore huius urbani obiit apud urbem veterem vir sanctissimus Hugo cardinalis anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo decima nona die martij. Mortuo urbano sumus pontifex creatus est Clemens quartus affectuosissimus ordini in quo et sepultus est viterbij et modum viuendi ordinis diu in pontificatu tenuit. Hic consultus a quodam equite quem ordinem intraret minorum an predicatorum respondit: minorum lectus durior est nuditas grauior et paupertas artior sed predicatorum cibus partior est longiora ieiunia et sanctior disciplina. Neutrum alteri preferimus sed in vna charitate fundati ad vnum vtrique tendunt ad salutem. Animarum quecumque ipsorum elegeris per portam intrabis angustam ad terram vite et sic vni conuersatione adherereas vt amore ab altero non discedas. Reprobus est enim frater predicator qui minores non diligit et execrabilis minor qui predicatorum non veneratur.

Capitulum. x.

Anno domini. Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo: floruit frater petrus de tarantasio: vir sanctus qui factus sumus pontifex Innocentius quintus est appellatus et plura scrip

Chronica

fit. Et illo tempore floruerunt multi sanctitate et doctrina: quorum fere viginti utilia volumina et multa tam in philosophicis quam in theologicis ediderunt. Anno domini. **D.** cc. lxxv. electus est in magistrorum ordinis fratrum **D.** unio provincialis hispanie quem **N.**icholaus quartus papa de ordine minorum absoluit a generalatu toto ordine reclamante: et ix. annis super viues factus est episcopus palentinus in hispania et inde ad curiam vocatus absolutus est ab episcopatu per bonifacium octavum. **H.**ic presbyter sanctus mirabilis patientie in adversis fuit et regulam tertiariorum quamodo habuit dictavit. **H.**oc tempore **H.**enricus de gadano doctor solenis et multum alij oblatra receperunt contra doctrinam sancti **T.**home sed multi solenes viri ordinis insurrexerunt contra eos qui multa utilia in scriptis posteris reliquerunt. Anno christi millesimo ducentesimo nonagesimo secundo electus est in magistrum ordinis frater **S.**tephanus bisuntinus vir bonus et doctus qui multa super sacram scripturam edidit et sermones. **H.**is diebus floruit **N.**icholaus gozra gallicus qui multa super sacram scripturam edidit. Anno christi. **D.** cc. xcvi. electus est in magistrum frater **N.**icholaus de teruisio magnus amator communitatis: provincialis lombardie: post quem electus est anno salutis. **D.** cc. xxx. in generale ordinis frater **A.**lbertus ianuesis et prefuit tribus mensibus: post quem electus est frater **B.**ernardus de isito provincialis provincie puintie.

Ordinis predicatorum.

Capitulum. xj.

Anno gr̄e. **D.**ccc.iiij. electus ē in papā frat̄ Ni-
cholaus de teruisio maḡ ordinis: et appellatus ē
Benedictus. xj. cuz huius sanctissimi patris mat̄
que erat pauperrima audisset ipsum esse papā ro-
mā venit multis associata nobilibus et preciosis in-
duta ad papā intrauit: quā cum ita pōpose vidisset
pontifex idutā aborruit factū et ait: que ē ista dñia?
cui omnes. sanctissime pat̄ mater vestre sanctitatis
est. quibus papa: mater mea est vna paupcula vilibus
induta: ista aut̄ ita est preciosis vestita q̄ nō cognos-
co eam p̄ matre mea: ideo exeat foras. quaeducta
et vilibus vt sui moris erat induta iterū ad pontifi-
cem est ingressa. quā ille de cathedra de cendēs am-
plexus est et astatibus ait: filij ista est mater mea et nō
illa diues. de cuius mira humilitate valde sunt om-
nes edificati. Hic sanctus p̄r cōfirmavit ordinem
seruitarū: cuius institutor d̄r fuisse beatus petrus
martyr. Obijt aut̄ perusij. viij. die iulij multis cor-
ruscans miraculis. Anno xp̄i. **D.**ccc. viij. electus
est in magistrū frater Aymericus lombardus qui
postq̄ ordinē. viij. annis rexisset magistratui cessit:
et electus est frater Berengarius tholosanus q̄ pos-
tea factus est archiep̄s compostellanus. Hoc tem-
pore floruit frater Albertus de brixia cui beatus
Augustinus ostendit meritū sancti Thome et fecit
hic vtilē sumam d̄ officio sacerdotis. Et frat̄ petr̄

Chronica

de palude gallus vir sanctus et in moralibus doctissimus super omnes. qui scripsit super sententias et super aliquos libros biblie et plura alia. Eisdem diebus floruit Robertus olcot anglicus qui scripsit super libros salomonis et quedam alia multum utilia et super sententias. Floruit etiam frater Joannes de sancto geminiano et frater Hugo de prato: et frater bartholomeus de pisis: et frater Rainerius pisanus qui plura opera et utilissima ediderunt.

Capitulum. xij.

Anno christi Millesimo trecentesimo decimo quarto obiit forliui beatus frater Jacobus de venetijs magnificis clarus miraculis. Et anno domini Millesimo trecentesimo. xvij. electus est in magistrum frater herueus brito: cuius tempore canonizatus est beatus Thomas de aquino a Joanne. xxij. papa: hic plura et subtilia opera scripsit. et obiit narbone anno domini. M. ccc. xxij. scripsit etiam frater Durandus senior super sententias: et frater Durandus de scto portiano super sententias et quolibeta. Item scripsit frater paganus super totam bibliam. in die canonizationis beati doctoris thome predicavit papa Joannes. super themate. scitote quam mirificavit dominus sanctum suum. Et die sequenti rursus predicavit accepto themate. magnus est tu et facies mirabilia in quibus mirabiliter commendavit ordinem et sanctum dei: et inter cetera dixit quod modus vivendi

Ordinis predicatorum.

fratrum predicatorum credebatur esse vitam apostolorum. Eodem tempore floruit beatus frater Robertus avinionensis: qui mirificis est illustratus prodigijs in vita et in morte: et claruit spiritu prophetie et in die obitus cum ad sepulturam deferretur eius sacrum corpus ita in altum est elevatum: quod subdiaconus cum cruce non potuit ipsum tangere et sic elevatum divinitus delatum est usque ad sepulchrum. Anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo quarto electus est in magistrum ordinis frater Barnabas vercelensis: quo defuncto electus est in magistrum ordinis frater Hugo capanus punitialis fracie: in cuius tempore floruit in tuincia apud castrum montis politiani beata agnes sanctimonialis: cuius corpus continue sudat liquorem valentem ad multorum salutem: et ita est divinitus conservatum ut integrum usque adhuc perseveret: et alijs valde claret miraculis. Item claruit beata soror Helena de ungaria que habuit sacram stigmata christi et fuit magne perfectionis femina: cuius discipula fuit beata Margarita filia regis ungarie magnarum virtutum sanctimonialis et clarens miraculis. Eodem tempore fulsit beatus frater Glenturinus de bergamo qui innumerabiles gentium sua predicatione turbam ad bonos mores reformavit et obiit in exercitu christianorum contra teucros in insula nigroponte.

¶ Capitulum. xiiij.

Cronica

Anno vite. **D.**ccc.xliij. electus est i magistrū
frater Gerardus de sancto adamaro de pui-
tia tholosana quo statim ad cardinalatū assumpto
āno sequēti electus ē in magistrū ordinis frat̄ pe-
trus de palma gallus: quo mortuo anno. **D.**ccc.
xlvj. electus est in generalē ordinis frater Buari-
nus gallus. post quē electus est frater Joānes de
molendino āno. **D.**ccc.xlvij. quo ad cardinalatū
euecto apicem: electus est frater Simō lugdunēsis:
anno. **D.**ccc.liv. sub quo claruit frater Henricus
de erfordia qui fecit cronicā generalē z cathenam
aureā z plura alia. Anno salutis. **D.**ccc.lxviij. ele-
ctus est frater Melias in magistrū ordinis tholo-
sanus. huius tpe floruit beata Catharina de senis
virgo admirabilis de penitētia bti dñici que obiit
anno gr̄e. **D.**ccc.lxxx. z sanctorū cathalogo est as-
cripta p papā Hadriano. ij. Anno. **D.**cccc.lxj. Et no-
ta q̄ tertij ordinis fuere i ordine per plures sancte
femine i diuersis partibz. Nam in ciuitate vrbeueta-
na fuere due virgines gl̄iose: btā. s. Glana: z beata
Daniela multis pollētes miraculis. Itē in ciuitate
castelli btā Margarita: cuius corpus vsqz ho-
die volentibus quottidie incorruptum ostendit i
florentia etiam beata Joāna claruit miraculis. Et
in ciuitate pisana Sorospina: z venetijs soror ma-
ria singularissime vite z Senis alia btā Cathari-
na eximie sanctitatis adolescentula. Item in olari

Ordinis predicatorum.

dia beata Brigida cui dñs crucifixus apparuit: et vercelis btā ioanna plagis insignita quibus etiaz insignit⁹ fuit ali⁹ btūs frat⁹ ordinis Sualter⁹ noie.

Capitulū. xiiij.

Anno dñi. M. ccc. lxxvij. electus est in papā Urbanus. vi. qui cū gallos et ultra montanos cardiales malis morib⁹ assuetos corripet ab eis est derelict⁹. Unde elegerūt alium apostaticū quē Clementē. vij. appellarūt et sic factū est scisma in ecclesia omnium pessimū quod duravit. xl. annis et ordo noster sicut et alij ordines diuisus est in duos generales. magister Helias adhesit Clementi: et magister Raimundus adhesit Urbano. Anno dñi. M. ccc. lxxx. electus est in magistrum ordinis frat⁹ Raimundus de capua vir sanct⁹ et doctus q̄ fuit cōfessor sancte catharine de senis. Hic cepit reformare ordinē in conuentu sancti dñici d̄ venetijs a quo postea lombardia et hispania et fracia p̄ maiori parte reformate sunt et alie p̄ uentie. Obijt autem in cōuentu Nurembergēsi in teutonia. anno dñi. M. ccc. xcix. post quē electus est in magistrus ordinis frater Thomas de firmo cuius tempore beatissim⁹ p̄r Clincē. vir per omnia ap̄lic⁹ claruit: q̄ p. xl. ānos quotidie p̄dicauit. celebravit integrū psalteriū dixit et alia clarissima opa fecit. ex cui⁹ p̄dicatione plusq̄. xxv. millia iudeoz: et octomillia saracenoꝝ ad fidem sunt conuersa: et ultra centum

Cronica

milia hominum peruersorum desperatorum ac pu-
blicorum peccatorum ad bonam vitam venerunt et
in finitibus claris miraculis migravit ad dominum
anno domini. **M**.cccc. xviiij. etatis vero sue anno. lxxviiij.
in ciuitate venetensi in britania: et a Calixto tertio
canonizatus est.

Capitulum. xv.

Anno salutis. **M**.cccc. iij. electus est in pa-
pam Innocentius. viij. qui ordinem fratrum et sor-
orum de penitentia confirmavit ad instantiam sanc-
tissimi viri fratris Thome de senis. Quo tem-
pore floruit forliuensis beatus frater Marcholinus
vir eximie sanctitatis et miraculis clarus. Anno domini
M.cccc. xvj. electus est in magistrum ordinis frater
Leonardus florentinus qui fuit vnus de electoribus
pape in concilio constantiensi. Huius tpe vir doctissi-
mus et sanctus frater Joanes capreoli floruit qui subti-
lissimas defensiones pro beato thoma fecit tholo-
se. frater etiam Franciscus de rethsa: in vniuersitate
viennensi qui legendo in scholis puerbia continua-
uit amplius quam. xii. annis. istud thema semp iteran-
do. primi et purissimi fructus eius: applicando semp
ad beatam virginem: de quibus magna volumina fe-
cit. Claruit etiam frater Jacobus de sulato colonensis
qui multa super sacram scripturam edidit et mapam mu-
di et cronicas vniuersales et ordinis. hoc tpe diui-
sa est punitia hispanie in duas. scilicet in punitiam Castelle

Ordinis predicatorum.

et Portugalie. Anno. xpi. M. cccc. xxvj. electus est per viam compromissi frater Bartolomeus texerij vir deo acceptissimus et valde doctus qui conventum bononiensem et multos alios reformavit et impetrauit dispensationem de redditibus habendis.

Capitulum. xvj.

Anno gr̄e. M. cccc. xxx. creatus est in papam Eugenius. iiii. vir magne prudentie et religiosissime vite qui fratrem iohannem de turre cremata bispanum conventum vallis oletanum magistrum: sacri palatii cardinalem fecit tituli sancti sexti: virum doctissimum qui quasi infinita scripsit et conventum sancte marie ad mineruam ubi sepultus est multum reparavit: et conventum vallis oletanum: et plura memoria digna reliquit. Floruit etiam frater Joannes de monte nigro vir doctissimus qui publice in concilio contra grecos disputavit et eos superavit et multa scripsit. frater quoque Leonardus de vtino qui sermones et alia utilia edidit. Floruit etiam beatus Antoninus florentinus archiepiscopus: vir sanctus et virgo ac pater pauperum qui pluribus miraculis claruit. Et de ipso dicebatur quod in Adam non peccavit tanta erat eius puritas et innocentia. Et anno. M. d. xxiiij. cathalogus sanctorum est ascriptus a clemente. vii. qui utilissima et plurima volumina edidit. Floruerat etiam paulo ante frater Joannes dñici qui ipsum in omnibus instruxit et multorum conventuum reformator extiterat et

Chronica

multa scripsit vir sanctus: floruit etiā frater Petrus
hieremie sicul? vir sancte vite q̄ magnā partē sicilie
reformavit ⁊ multa scripsit: tunc temporis credit̄
etiā floruisse frater Saneius porta Aragonen-
sis q̄ sermōes pulcros ⁊ q̄daz alia reliq̄t i scriptis.
Anno dñi. **D**.cccc.lj. electus est in magistrus or-
dinis frater Petrus rochi ⁊ infra. xv. dies obiit.
Anno sequēti electus est in magistrū ordinis frat̄
Guido flamucheti: ⁊ ipso āno defunctus ē. Anno
D.cccc.liij. electus est frat̄ Marcialis auri bel-
li cuius tpe canonizatus est beatus Vincentius et
tot sunt miracula recitata q̄ omnibus versum est i
stupore: ⁊ inter alia pbatum est q̄. xxvij. mortuos
fuscitaret. Tandē per papā Hadrianum absolutus est
ab officio postq̄ multos conuētus reformauerat.
Anno salutis. **D**.cccc.lxij. elect? est in magistrus
ordinis frater Conradus lōbardus qui post tres
ānos officio cessit: ⁊ tūc reelectus est frater martia-
lis predictus. Hoc tpe facta est magna altercatio
int̄ nos ⁊ fratres minores an deitas fuerit separata
a sanguine xp̄i effuso in cruce. fratribus predicator-
ibus asserētibus q̄ non ⁊ pbantibus. Dinor-
ibus autē econtra asserentibus q̄ sic p̄ oppiniones
Francisci maironis ⁊ tandem pro predicatoribus
est sentētiatum imposito silētio causa pacis vtriq̄
parti per Clementem sextum.

Capitulū. xvij.

Chronica

Anno xpi. **D.**cccc.lxxiiij. electus est in magi-
struz ordinis frater Leonardus de perusio:
quo mortuo electus est frater Saluus caleta sicu-
lus. Anno. **D.**cccc.lxxx. cuius tempore translatus
est corp⁹ beati Alberti magni q^o omnino integruz
reptum est. licet ducenti anni ab eius obitu essent
decursi. Anno xpi. **D.**cccc.lxxiiij. electus est in
magistrū mortuo frater Saluo: frater Bartholo-
meus comaci⁹ bononiēsis. Tempore Innocentij
octavi qui successit Sixto. iij. cuius tēpore claruit
frat^r Alanus brito vir deuotissimus z doctus val-
de: cui beata virgo rosariū predicanduz reuelauit.
Item frater dñicus de flandria qui multa in artib⁹
bus scripsit. Item frater Petrus de bergamo qⁱ
tabulā auream cōposuit: cuius multi clarissimi dis-
cipuli fuere bononie: precipue magister Vincen-
tius vandellus. frat^r thomas britiēsis vir sanctus.
frater paulus soncinas: qⁱ sup methaphisicā z plu-
ra alia subtilissime scripsit. Anno dñi. **D.**cccc.
lxxxv. electus est in magistrum frat^r Barnabas de
neapoli vir bonus: quo post mēsem d^ofuncto. An-
no sequenti electus est frater Joachi turrian⁹: vir
prudēs. Quo tēpore floruit sanctissima virgo co-
lumba apud perusiū ordinis d^o penitētia: z alie san-
ctefemie d^o qb⁹ mira dicūt floruit etiā florētie frat^r
Hieronim⁹ ferrariēsis qui magnū fructū gratio-
sissima sua predicatione fecit in populis: ita vt pu-

Chronica

blice ab omnibus de eo diceretur. Benedictus qui venit in nomine domini: et multos ad observantiam ordinis reduxit et clarissima opera edidit. Et in ecclesijs ubi erat predicaturus ut melius audirent fierent tabulata: que vulgo andamios dicuntur: et quia nulla ecclesia capiebat omnes qui eum volebant audire dicitur statutum fuisse ut una die viri et alia sole adessent femine. Et in die carnis privi quando dissolutio apud cunctos viget: faciebat plusquam quinquaginta millia hominum communicari.

Capitulum. xviiij.

Anno gr̄e. M. d. l. electus est in magistrum ordinis. xxxviij. frater vincentius vadellus lombardus vir religiosissimus: et eruditissimus qui ordinem visitavit et plura utilia scripsit. Quo tempore floruit in hispania frater Mascarius episcopus burgensis vir doctus et sanctus qui dioecesim suam predicando sepe visitavit pedester et sine popa. Et frater Thomas de turre cremata vir sanctus: inquisitor generalis in hispania: qui multos archiepiscopos et episcopos magni redditus oblatos non acceptavit: et dicitur quod plusquam centum millia hereticorum igni tradidit: et conventum sancti Thomae abulensis politissimum ac solidum valde a fundamentis erexit: ubi maxime religio viget: ubi et ipse pater sanctus iacet: et plura magni valoris et exemplificavit in hispania et super omnia fuit humilissimus. Floruit et

Ordinis predicatorū.

tunc frater **A**lfonsus a burgis episcopus palentis
nus vir magne prudentie et doctus qui vallis ole
ti fecit collegium ordinis opulentissimum et ornatiss
simū ubi semper fuere magni viri. Floruit etiā fra
ter **A**lfonsus de hojeda in hispania in cōuentu his
palensi: qui inquisitionē ad hispaniā adduxit. anno
D.cccc.lxxix. et dictū conuentū hispalensem refoz
mauit ubi vsqz modo maxime viget ordo et nume
ro et sanctitate religiosorum. Floruit etiam tunc in
conuētū hispalēsi frater **J**oānes lazaro vir sanctus
qui spū prophetie et miraculis dicitur claruisse in
vita: et nō exiuit a conuentu ad ciuitatem per mult
tos ānos orationi et cōtemplationi vacans in assid
dua sequella cōmunitatis. Anno dñi. **D**.d. vii.
electus est in magistrū ordinis frater **J**oānes cla
rea gallicus quo post modicū mortuo sequēti āno.

Capitulum. xix.

Alectus est in magistrū ordinis trigessimū
nonū frater **T**homas caietanus vir multum
exemplaris et doctissimus: qui plura subtilissime
scripsit. Quo tempore floruit frater **S**ilvester de
prierio qui optimam sumam edidit et plura alia vti
lissima. Item frater **P**etrus de bruxelis qui in ar
tibus multa scripsit. Floruit etiam frater **D**ida
cus de za Archiepiscopus hispalensis vir in diui
nis eruditissimus et totius honestatis exemplar.
qui **M**onotheron idest vnū ex quattuor euang

Chronica

